

Freiherr v. Ende-Silfessnitz

J N D L H.

De Edificatione ex emulacione.	19.
Aquila Legis et domino dabo.	18.
Affectionis pretiosum refugibilem pond.	17.
Archis Emporionum.	13.
Ademtibne legitime.	12.
Antiquitate Medicinae.	32.
Ablati sceptri à juda.	40.
Apostoli Pauli Itinerarium.	27.

De Crimine Magie.	20.
Carcere et supplicio Joh. Baptiste	21.
Comitum Wettinens: origine.	22.
Christiano Lye primo.	23.
Embris et Teutonis.	37.
C. I. Col. adverf. etri opistum aliq gesta bello.	38.
C. Pompej ill. expedit: judaica.	40.
C. Silio Italico poeta.	45.
Cultus Germania & initia.	33.
Commend. elegant. litter.	35.
Contentiorum cum jurefor.	8.
Contraria protest: facta.	16.

De Bonitatis presumtione.	3.
Beneficiorum suis interpres: 21.37. Ch. 7.	
Bella C. I. Col. adverf. Germania 38.	
Barbarorum incursionibus. 42	

De Damno dato.	18.
Diploma donationis Ottoni de Bon	
super civ. Wettin. d. 20. 1288. 22.	
Ducum et Electorum Sax: suc	
cessione Comiti Wettin. s. 12.	

E
De Anticorum ethis.

Evang. Ppn iure circa sepultura.
Elegitio litterarum comend. 35.
Electori et Ducum Saxonie secessio
post comitum Wettinens. n. 21.
Excidio Sodoma. 24.

13.

G
De Germanorum Hominibus propriis
et liberis.
Germaniae Cultoris initia. 23.

18.

29.

F.C.
De Fide iuridica.

Fidei professore indemnitas. 2.
Facto contraria protestatione. 16.
Tatis latine lingua -- 31.
Flaviana Herodii Historia. 39.
Fungibilitum Receptio. 14.

H
De Historia Flaviana Herodum. 39.
Historiarum et Regnum principiis
piis. 40.
Hominibus propriis et libe-
ris Germanorum. 29.
Honori titulis. 17.

De Juridica pietate,

- fide. 1.
Iura Magistri: circa sacra et unione eccl. 2.
Sic protestantum. 4.
Iure Romam Evang. circa Epulonem 5.
Imperio Statuum potestate legisla-
toria iusta jus commune. 6.
Guris scripti et mortuocantatio. 8.
Interpret. benef. Epis. 7.
Fide amicitatis fidei usq; 15.
Itinerarium Pauli Apostoli. 27.
Imperio Poloniensi. 36.
Galia cultura Germanie. 33.
Italica lingua origine. 47.
Incurvibus Barbarorum. 47b.
Interpretatio. 26.

- M.
Re, Majest. jure circa facra et unionem q.
Eccl. protestantib.: 1.
Morte et Iuris scripti contentio. 8.
Magia Crimine. 20.
Melioru litterarum restitutione. 34.
Medicina origine et antiquo. 32.

De litterarum meliorum restitutione

- Lucubrationiby veterum 34.
litterarij Rudis Romanorum 29.
Latina lingue fatis. 31.
linguo Italico origine. 48.
Lutheri pathm inlarce Warde,
burg prope Ssenacū. 25.
Legitima viventis. 22.
Legitima Noncom adatione. 27.
Liberis hoitiby germanon. 9.
Legislatoria potestate statuum
Imperij iusta jus commune. 6.

De Noncom causa ad imendi legitimam

14.

P.

De Origine Comitū Wettinens. 21.
Origine et antiqu. Medicinae. 32.
Origine lingua Italice. 42.
Ottonis de Brem, diplom. super
Civitatem Wettin. 1288. 22.

De Pauli et apostoli Itinerario. 27.
Polynreno Imperio. 36.
Priscis hostibz Rom. ex Germ. 37
Poeta Confulari C. Syllo Italico. 43.

P.

De Pathmo Lutheri. 25.
Pietate iuridica. 1.
Profumatione omittatis. 3.
Principium Evang. iure circa solen-
nia sepututa. 5.
Principis interpret: benefic. 7.
Proprijs Germanorū harby. 9.
Potestate legislatoria Italie
Imperiū q̄tra ius commune. 6.
Prestio affectionis in res fungibileq; non
cadente. 14.
Protestatione factis q̄tra iea 18.
Primo Princeps Christiano. 23.
Imperiū q̄ Exped. Judaica. 40.
Principio Reformationis et Histor. 41.

R.

De Romanoru primis Hostibz ex
germania. 37.
Romanoru studij litterariorū
in urbe et provincijs. 30.
Legionru et Histor. principio 41.

S.


De Statuum Imperij potestate
legislatori a ipsi contum. 6.
Reputatio & solennitate Iure Pm. 5.
Dichadlos Burgen. 15.
Successione Ducū et Elect: Saxon.
in Csm. Westph. 11.
Septuaginta interpretiby. 26.
Supplicio Joh. Baptiste. 28.
Adijs Rom. litterarijs. in Urbe
et provincijs. 30.
Sodoma excoio. 44.

U. V.

De Vera pietate iuridia. 1.
Vndicio senis Majestatice circa
facta q̄ rōmodo per legię protestat:
fint uniendo. 4.
Avventis legitima. 11.
Vigilijs et hucubrationibus vete,
retra, 29.

T.

De Tutebris. 10.
Titulis honorum. 17.
Teutonis et Cambriis 37.



JX.

DISSERTATIO JURIS PUBLICI.

MORUM
CUM
JURE SCRIPTO
CONTENTIO,

RECTOR^E QUAM
MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORUSSICI HEREDE &c. &c.

Publico Eruditorum Examini submittit
JOHANNES FRIDERICUS BACHOV,
LIBER BARO AB ECHT.

PRÆSIDE

D. CHRISTIANO THOMASIO, JCto,
CONSIL. REG. BORUSS. ET PROF. PUBL.

Ad diem 14. Octobr. Anni M DCC I.

H. L. Q. C.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Literis CHRISTOPH. SALFELDII, REGIMIN. REG. BORUSS. Typogr.

XII

Serenissimo Principi ac Domino,
DN. FRIDERICO,
Duci Saxoniae, Juliæ, Cliviæ, Mon-
tium, Angariæ & Westphaliæ,
Landgravio Thuringiæ,
Principi Hennebergiæ,
Comiti Marcæ & Ravensburgi,
Dynaſtæ in Ravenſtein & Tonna,

Domino suo Clementissimo

Academicorum studiorum specimen subiectissimo
omni cultu sacrum esse jubet

JOH. FRIDERICUS BACHOV

Lib. BARO ab ECHT.

SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME.

Uæ ab ineunte ætate animo infedit,
Serenissimi Nominis Tui submissa
veneratio, a Parentū exemplo mo-
nitisque hausta, & virtutum Tua-
rum, quibus inter Europæ Principes rerum-
que Dominos fulges, splendore mirifice
confirmata: ea nunc demum prodire in lu-
cem, hominumque se exponere oculis,
omnem impatienter ferens moram, gestit.
Non est, quod dubites, DOMINE CLE-
MENTISSIME, eo Te Tuarum ditionum
gaudere munimento, quod firmissimum
præstantissimumque esse, magno consensu
rerum civilium magistri condocent, benevo-
lentia Tuo Imperio subjectorum; cum omnes
clementiæ prudentiæque Tuæ uberrimis,
quos quotidie percipiunt, fructibus, permoti,
tenerimum animo erga Te jam pridem con-
ceperint amorem. Hunc autem maximum

X 2

sane

sane in iis esse oportet, quibus concessum
est paulo propius ad hoc justitiae, modera-
tionis, omniumque virtutum magno Princi-
pe dignarum templum accedere, cum lucu-
lentissima certissimaque veræ & non fucatæ
virtutis documenta in Te conspiciunt. Quis
ergo meus in Te animus esse debeat, quanta
virtutum Tuarum admiratione percussus,
quanta veneratione perfusus, facile ipsemet
intelligis; SERENISSIME PRINCEPS,
& ego quoque si dissimulare hoc vellem, tan-
to majori me obstringerem crimen, quanto
longius, dum publice hoc profiteor, ab omni
adulationis suspicione sum remotus. Nec
ægre feres, scio, hunc à me publica quadam
significatione prodi animum, qui boni quo-
que Principis esse ducis, in quo Te minime
falliri res ipsa docet, delectari civium in rerum
Dominum studiis, nec aspernari, quæ sui af-
fectus devotiq; animi extare volunt monu-
menta. Rursus tamen nec ludicris aut inani-
bus Te capi, exploratum cognitumque ha-
beo,

beo, qui illorum mos est, qui regnandi gentiumque fata dispensandi artes ignorantibus amore proseqvuntur, qui odio digni erant, in minimis ponentes, qui præ cæteris placere debebant. Non potest namque hoc in illum cadere, quem vel minima suorum cura tangit, ne dicam, qui totum se civium ditionumque à DEO sibi concreditarum, commodis promovendis consecravit, quæ propria Tua & peculiaris laus est. Illorum contra Tibi probantur studia, qui quod rectum quodque honestum est, sectantur, qui posthabitis suorum commodorum rationibus, comuni omnium saluti patriæque rebus & conservandis & stabiendi se iplos & labores suos vigiliasque dicant. Ex quo etiam statim, quæ meæ essent partes, si Tibi, DOMINE CLEMENTISSIME, haud displicere vellem, intellexi, non in otio transigere vitam, aut iis artibus, quæ deliciis saltem Principum vel externo aulæ splendori augendo inserviunt, sed honestati cum primis bonæq; litare menti, & litteris excolere

X 3


ani-

animū, & perpolire, & ad civiles actus atq; ne-
gocia rite administranda aptum reddere. Hoc
ergo mihi datum, imo injunctū credidi, quam-
primum per ætatem rationes mecum subduc-
cere, meisq; ipse consulere rebus potui, ut
voluptatum blandimentis pariter ac sinistris
atq; ineptis illorum judiciis, qui animum ad
honesta erudire turpe & generosa mente
indignum censem, se ipsos ingenuæ & gene-
rosæ mentis valde inopes demonstrantes,
procul facestere jussis, litterarum strenue in-
vigilarem studiis, iisq; sacris operarer, quæ
sui contemptum nunquam non per totam
vitam ulcisci mirifice solent. Ad quod non
magis arcano quodam naturæ instinctu, mo-
nitisq; & cohortationibus parentum, quam
incredibili desiderio, Tibi, SERENISSIME
PRINCEPS, me probandi, me adductum,
lubens profiteor. Nec mei haetenus me pos-
nituit instituti, qui, quo diligentius littera-
rum pertractavi studia, eo certior factus sum,
ad commoda Principis augenda, gloriamp;
Eius

Ejus tuendam, imo res omnes rite prudenterq; administrandas, hunc demum idoneum esse, qui non hospitem plane aut rudem ex bonarum mentium officinis, domum secum retulit animum. Non equidem tam mihi ipse placeo, ut eum, ad quem & vota & labores mei comparati fuerunt, me consecutum esse finem affirmare ausim: certissimum namq; hoc esset argumentum, me ne primis quidem veræ sapientiæ elementis initiatum esse: nec tamen omne me frustra consumississe tempus, literis bonisq; artibus destinatum existimo. Cum vero probe intelligam, quam lubricum sit, sua hic stare sententia aliorum me committere judicio, edito levissimo hocce academicorum studiorum specimine, nec à rebus meis, nec ab ætate alienum duxi. Hoc autem cum nemini sacrum esse jure meritoq; debeat, quamilli, cui tum cætera omnia, quæ à mortalibus proficisci possunt, tum ipsum quoq; animum, qui ad colligendos hosce ex litteris studiisq; bonis fructus me impulit, debeo,

beo , Tibi SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME , quicquid
demum hocce est, quod quam leve sit , ipse
quam rectissime intelligo , offero , consecro ,
devoveoque , in æternum submissi cultus ob-
sequiique monumentum. Fateor , nihil in hac
qualicunq; commentatione occurrit , quo ad
singularis eruditionis & ingenii excellentis
laudem assurgere queam ; dubitare Te tamen ,
DOMINE CLEMENTISSIME , non sinet ,
me relictis procul vanis & inutilibus , iis po-
tissimum litteris animum imbuere conatum
esse , ex quibus aliquando usus aliquis ad plu-
res , maxime autem ad Tuas quoq; ditiones
redundare potest . Atque hoc si obtinuero ,
omniū meorum me dannatum votorum exi-
stimo , quorum huc tandem summa , precibus
quoque quotidianis supremo Numinis comen-
danda redit , ut secundos semper prosperosq;
rerum experiaris successus , & lætus omniq;e
felicitatis genere abundans , quam diutissime
rebus mortalium interfis.

DISSEr.



DISSERTATIO JURIS PUBLICI.
MORUM
CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO.

§. I.

Narie se torquere solent Interpretes occasio de-
sputationis.
Juris Romani in exponendis textibus
quaे de comparatione legum scripta-
rum & consuetudinis agunt. Dicit enim
Julianus l. 32. pr. de legibus : *in iis causis*
*demum, de quibus non utimur legibus scri-
ptis, id custodiri oportere, quod moribus & consuetudine in-
ductum est, & tamen statim addit* §. 2. *Inveteratam consue-
tudinem pro lege non immerito custodiri: & mox; ipsas leges*
non alia ex causa nostenere, quam quod judicio populi receptae
*sint: item: rectissime receptum esse, ut leges non solum suffra-
gio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetu-
dinem abrogentur.* Imperator vero Constantinus l. 2. C. que-
sit longa Consuet. profitetnr: *Consuetudinis euidem, ususque*
longevi non vitem esse autoritatem, verum non usque ad eos sui
valitaram momenta, ut aut rationem vincant, aut legem.
Sunt etiam alii, qui tantam esse vim consuetudinis fibi

A per-

2 DISSERT. JURIS PUBL. MORUM

persuaserunt, ut etiam in Monarchia legum efficacia ab approbatione subditorum dependeat, adeoque ante omnia doceri debere volunt ab eo, qui vel legem vel statutum, etiam à Principe confirmatum allegat, utrum lex vel statutum sint usu recepta. Alii contra legem à sola principis voluntate pendere adstruunt, & ita ad sui efficaciam nequaquam requirere approbationem populi, quinimò, et si probetur legem usu non esse receptam, vel tamen illam probationem non impedire debere judicem, quò minus pro lege pronuntiet, vel certè tum præsumendum esse, quod princeps voluntatem suam mutaverit. Alii leges scriptas non usu seu desuetudine sola tolli posse cum Juliano statuunt; alii contra Julianum intellectissime per desuetudinem affirmant non simplicem legis non usum sed usum contrarium. Ut denique antinomiam tollant inter legem Juliani & legem Constantini, alii tempora liberæ Reipublicæ jubent distinguere à temporibus Monarchicis, ad ista respexisse Julianum, ad hæc Constantimum; alii Constantimum explicant, quod consuetudo non vineat legem subsequentem, vineat tamen præcedentem; alii docent, quod nec præcedentem vineat, si modo expresse contrariam consuetudinem improbet; alii aliter nodum solvere conantur. Plerique vero ex his juris Romani Doctoribus in proponenda ista doctrina multum quidem afferre solent notitiæ legum Romanarum, at civilis prudentiæ parum, ex cuius tamen fontibus doctrina ista erat deducenda. Atque id vel inde apparet, quod totam doctrinam de jure consuetudinis & observantiæ, seu de differentia inter jus scriptum & non scriptum, axiomatibus suis & brocardicis ac requisitis ita confusum reddiderint, ut vix ullæ assertio in ea remanserit,

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO.

3

serit, quæ cum traditis veræ ac sanæ philosophiæ, cuius tamen se sacerdotes esse cum Ulpiano gloriantur, convenient, ut latius hæc omnia deduxit Dominus Præses in dissertatione de jure Consuetudinis & observantie. In qua et si etiam utrumque textum & Juliani & Constantini periphrasi succincta exposuerit, & de variis illis Doctorum sententiis breviter sententiam suam dixerit, visa tamen mihi fuit illa doctrina de contentione Morum cum Jure scripto non indigna, de qua, dum abitum ex hac Alma Fridericiana paro, loco speciminis diligentiae meæ & profectuum, disquirerem ulterius.

§. II.

Neque ab initio mirabitur benevolus Lector, quod dissertationem de materia, de qua tamen omnes commentarij ad Institutiones & Pandectas & Codicem lo. publicum sit quntur, qui uno ore ad Jus privatum manuducunt, intitulando ad Jus publicum retulerim. Præterquam enim, quod etiam in Jure Justinianeo agatur de Jure publico, id utique in confessò est, doctrinam de legibus non pertinere ad controversias privatorum, de meo & tuo discrepantes, sed respicere statum publicum & nexus imperantium aut parentium. Accedit, quod etiam scriptores Juris publici sæpe in doctrinâ hujus quæstionis hæfitasse deprehendam, dum erroneas quasdam doctrinas, alias satis palpabiles, velex solâ aut præcipuâ hac ratione dedisce nolint, quod videant, pro iis facere leges quasdam publicas Imperii Germanici non expressis legibus aliis abrogatas, aut quandoque etiam aliis legibus publicis novioribus repetitas. Itaque ut in expoundendis fontibus hic unice respiciam ad doctrinam civilem & Jus Gentium publicum, ostensurus, qua ratione mores etiam in Re-

A 2 pub-

publicā Monarchicā possint variis ex causis prævalere legibus, & quam dilucide sapientes Græci ac Romani, aliorumque populorum veritatem hujus assertio[n]is agnoverint; ira in ostendendo usu doctrinæ paucis excurrat ad controv[er]sias illustres Juris publici Germanici, ex istis exempla petiturus illustrantia veritatem thesium mearum. Quare nemo à me ulterius expectabit, ut testimonia ex Jure Justinianeo aut Interpretibus hujus juris afferam, cum non mihi solum, sed & plurimis cordatiis hodie satis constet, Jus Justinianeum in doctrinā Civili & Jure Gentium exiguum, in Jure vero publico Germanico nullum habere usum. Et loco interpretum juris Romani convenientius erit alios melioris notæ scriptores Romanos & Græcos subinde in medium proferre.

§. III.

*Summa di-
cendorum.
Triagenera
contentionis
morum cum
jure scripto.*

Etsi vero ea, quæ ab initio diximus, ostendant, JCTos in isto dissensu ad dupl[em] potissimum respicere morum contentionem cum jure scripto, si videlicet lex scripta consuetudinem tollere nequeat, aut à consuetudine tollatur, id est, si vel in usum venire nequeat ob nimis radicatam consuetudinem præsentem, aut in usu esse designat ob mores subsequentes contrarios aut plane diversos; non peccabimus tamen credo, si in disquisitione præfente addamus tertium & quidem præcipuum contentionis membrum, in quo mores non legibus saltem quibusdam, ut in modo memoratis duobus casibus siebat, sed omni planè juri scripto controv[er]siam moventur. Nam non minus fuit ab eruditis disputatum, an præstet moribus, an legibus scriptis utri in Republica. Igitur ordine dicemus de singulis, primo de contentionem morum

ruim

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO. 5

rum cum jure scripto in universum , tum de contentione
morum cum lege scripta, quæ mores tollere vult, deni-
que de contentione morum legem tollere intenden-
tium.

§. IV.

Primum contentioñis genus quod attinet , ante prima que-
omnia moneo, distinguenda esse in statu quæstionis, quæ sio: An pre-
observavi à pluribus esse confusa. Non absoluta quæstio ferendi sint
est, an leges vel mores boni sint; vel mali, sed compara-
ta, utrum altero sit melius intuitu Reipublicæ. Quem-
admodum enim nullum est dubium, dari pariter leges
bonas & malas , uti mores vel boni vel pravi sunt, ita
non putandum est, acsiij, qui moribus in hac contro-
versia præ legibus favent, scriptas leges detrimento esse
Reipublicæ afferant, cum gradus sint inter bona, & bo-
num minus non ubique induat naturam mali. Nam
haud dubie qui leges scriptas præferunt moribus, pro-
pterea non debebant mores aut carentiam legum scri-
ptrum afferere esse damno Reipublicæ, etsi nonnulli,
ex neglecta hac observatione id faciant. Dum vero
Rempublicā hic considero, Monarchiam non excludo,
sed & de hac disquirendum esse puto: Utrum melior sit
status, ubi Reges absque jure scripto omnia manu gu-
bernant, an ubileges scriptæ modum, secundum quem
Rex pronunciaturus sit, & quæ, ceu normam sequi de-
beant judices inferiores, præscriperint? Porro nec id
omittendum erit, non solum hic comparandas esse leges
& mores ad Rempublicam , sed & intuitu Reipublicæ
mutuam comparisonem esse instituendam ad leges seu
mores: Utrum nempe præsumenda sit melius esse con-
stituta Respublica, si moribus solum tatur absque jure

scripto, an verò si insuper leges scriptas habeat. Unde si mutuam hanc collationem Reipublicæ & legum accuratius paulo pensitare velis, is evadet distinctior, quam vulgo formatur, status controversiæ. Utrum mores, an vero leges sint bonum Reipublicæ ordinarium an extraordinarium? Adeoque quæstio hæc resolvetur in duas. Primo Quodnam sit Reipublicæ sanæ bonum, utrum leges scriptæ an mores? Deinde: An Reipublicæ ægrotantis medicina aptior sint mores non scripti, an leges scriptæ? Hæc si in prima contentione morum cum jure scripto observata sint, credo non difficulter rem expediti posse, et si alias non sibi nescius, nullas quæstiones esse difficiliores determinatu quam comparativas, cum in his facile in utramque partem quid differi possit.

§. V.

*Prestat rem-
publicam bo-
nis moribus
uti, quam
bonis legibus.*

Etsi igitur non desint autores pro utraque sententia, quos nec allegare omnes expediet, cum evolvendi eos tempus nobis non fit, (*vide interim quos allegat Besold. Op. Polit. lib. 6. p. 128. seq. conf. Bernegg, queſt. ad Tacit. de mori Germ. qu. 112. & 113.*) doleo tamen valde, quod videam, non solum Reverendos Theologos, sed & eximios JCros ac Philosophos Legibus scriptis præ moribus & palmarum dare, & in jus non scriptum tanquam omnino res mala sit, in vehere. Si distinctionem boni in ordinarium & extraordinarium (expositam à Domino Præfide Part. I. Ethic. c. 1.) non neglexissent, (quod tamen communis vitio seculi magis, quam ipsis proprio adscribendum est,) & si simul cogitassent, quod bonum extraordinarium sit malum ordinarium & vice versa, seu quod medicina noceat homini sano, & quod ea quæ homini sano salubria sunt, noceant.

ægro-

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO.

7

ægrotanti , haud dubiè falsam sententiam pro vera non defendissent. Itaque ne eundem nævum committam , ita distinctius meam sententiam de primâ contentione morum & juris scripti licebit efferre : Boni mores in societate quâcunque & ita etiam in civitate indicant , societatem illam esse sanam , & quardiu in hoc sanitatis statu manet , non opus habet legibus scriptis . Quod si vero res publica valdè ægrotet , & malis moribus sit penitus infecta , tunc rarissimè emendari potest per leges non scriptas , sed magis conductit , si scribantur leges , etsi & hæc medicina , sit plerumque insufficiens , & præstet malos mores per bonos mores ejici absque lege scripta , quemadmodum mali mores ejecerant bonos absque scriptâ lege . Quæ omnia si in compendium velis redigere ; illa inde nascitur propositio : PRÆSTAT , REMPLICAM BONIS MORIBUS UTI , QUAM BONIS LEGIBUS .

§. VI.

Atque ut omne eâ de re tollatur dubium , age vi -
deamus originem legum scriptarum , & utrum boni
mores antiquiores sint bonis legibus , an hæ illos anti-
quitate videntur . Quodsi enim boni mores legibus
scriptis sint antiquiores , & per eas benè se habuit res .
publica , pater , quod Respublisa ad beatitudinem suam
non opus habeat scriptis legibus , quodsi contrâ sta-
tim ab initio Rerum publicarum constitutarum leges in
scripturam redactæ fuerunt , & adeò nè ad momentum
quidem Civitates sine legibus scriptis commodè subsi-
stere potuerunt , valdè evidens reddetur præstantia ju-
ris scripti præ moribus .

§. VII.



§. VII.

*Quia in re
preferenda
est historia
sacra bisho-
riis Graco-
rum vel Ro-
manorum.*

Ut autem & hic quid sani proferamus, non imita-
bimur pravos mores eruditorum, in rerum originibus
exponendis ad antiquas Græcorum & Romanorum
fabulas ferè unice, certè primariò, provocantium, aut
etiam sèpè, quæ ipsi Græci ac Romani satis perspicuè
de origine rerum speciali intuitu gentis suæ tradunt, ex
nimia superstitione ad origines totius generis humani
extendentium, quia videlicet iis omnia fordanter, quæ
non Græca & Romana sunt, ita ut & sputa Græcorum
& Romanorum præferant saluberrimis aliorum popu-
lorum doctrinis. Nec imitabimur tamen etiam Legu-
lejos, aut Rabulas vel viros alias obscuros, qui ultra Locos
communes, Tabulas aut manuscripta sua vel et-
iam Glossatores & Compendia non sapiunt, & antiqui-
tates pariter Græcas & Romanas tanquam ad studia le-
gum nihil aut parum pertinentes alto supercilio conte-
mnunt. Medium tenuere beati. Duce min hâc re se-
quemur historiam sacram, quâ præstantiorem in do-
ctrinâ de rerum originibus librum non habemus. Ex
hâc postea partim Græcorum & Romanorum er-
rores refutabimus, partim faciem accendemus iis, quæ
apud Græcos aut Romanos vel verè tradita sunt, vel um-
bram saltē aliquam veritatis retinuerunt.

§. IIX.

*Res publica
Antediluvia-
na jure non
scripto per-
petuo fuere
nse.*

Igitur ut ante Rem publicam haud dubiè leges scri-
ptæ non fuere, (in familia siquidem legibus scriptis non
esse opus mox dicenda decebunt,) ita sacræ literæ ostend-
dunt, & Dn. Præses in lectionibus publicis de jure decori &
in disputatione nuperrimâ de liberis & seruis, amplius docuit,
civitatem primam non ex ductu naturæ, ut Philo-

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO. ,

Iosophia Aristotelica haec tenus in Academiis voluit, nec ex metu justo improborum, ut alii putarunt, sed à corruptâ ratione Caini & metu injusto proborum ortum duxisse. At in Republicâ Cainiticâ maximè vero simile est longo tempore, uti in primâ origine aliarum Rerum publicarum factum esse mox videbimus, omnia manus regiâ & ex arbitrio Caini ac seniorum fuisse gubernata, præprimis cum rario ostendat, primam Rempublicam necessariò valde fuisse simplicem, solâ agricultura ac pecuaria contentam, pedetentim vero magis magisque cultam. Quo simplicior autem respublica est, eo simpliciores mores habet, quo simpliciores vero mores habet, eò minus indiget legumlatione. Nam quo simpliciores sunt mores, eo minus corrupti sunt, & quo moratores gentes fuerunt, eò magis depravati fuere eorum mores, unde jam alibi notavit Dn. Præses *in not. ad Monzamb.*) Barbaras gentes semper fuisse virtuosiores moratoriis populis, quod & insuper auctor libri sapientiae, ubi de diversis idolatriæ speciebus agit, & Divus Paulus Apostolus in Epistola ad Romanos prioribus capitibus demonstrant. Boni vero mores non opus habent legibus vel scriptis vel alio more publicatis, sed pravi. Porro etsi nullum sit dubium, Respublicas Cainitarum pedetentim, potissimum verò tempore Jabalis, Jubalis, & Tubalcaini moratores & ob dicta etiam pejores fuisse factas, & præterea verosimile sit, successu temporis etiam progeniem Sethi seu Filios Dei, cum se cum filiis Adami seu prosteris Caini matrimonii conjungerent, & viros autoritate præditos, stilo vulgari gigantes & tyrannos, progenerarent, autores novarum rerum publicarum factos fuisse, atque ita malitia magis magisque crescens

B

freno

10. DISSE RTO JURIS PUBL. MORUM

frēno legum habere opus incipiebat, quia tamen nulla scribendi tūm erat pētitia, non poterant etiam leges illae primae in scripturam redigi, sed valde probabile est, eas saltem memorias esse mandatas, atque per traditionem ope canticorum ad posteros translatas. Ergo omnes Res publicæ ante diluvii tempora perpetuò jure non scripto usæ fuerunt.

§. IX. si rāto sūt qd. māg. in

Eadem de
Rebuspubli-
cis post dilu-
vium dicen-
das sunt, us-
que ad tem-
pora Mosis.

Post diluvium docent sacræ litteræ, & ostendit ratio Noachū in familia sua tanquam patrem familias non opus habuisse legibus scriptis, leges vero, quas vulgo Noachidarum vocant, & de quibus integros libros scripsit homines Britanniæ Seldenus, quarumque fragmenta leguntur Gen. IX, à Deo absque scriptura fuisse voce publicatas, & probabiliter iterum canticis comprehensas, atque sic ad posteros transmissas, cum nullus sit melior modus res antiquas per traditionem ad posteros propagandi, quam si res memoranda canticis comprehendatur. Et quamvis nullum sit dubium, aucto genere humano Res publicas mox iterum fuisse ortas non soluni in posteritate Chami & Japeti, sed & in Semiposteris, eadem tamen rationes, quas in paragraphe præcedente de rebus publicis antediluvianis adduximus, svadent, etiam in rebus publicis postdiluvianis usque ad tempora Mosaica nullum fuisse usum legum scriptarum, quia eadem subest ratio initii & augmenti Rerum publicarum, transitus videlicet à simplicitate ac barbarie ad elegantiam morum & luxuriam, descensus item omnis scripturæ.

§. X.

Moses igitur primus legum scriptarum conditor est, quia primus scripturam & scribendi artem invenit. Nec

Moses pri-
mus legum
scriptarum

CUM JURE SCRITO CONTENTIO. ix

Nec obstat quod Autore Deo leges illas scriptas condiderit; nam & auctore Deo mores non scripti, boni vide-
licet & non depravati, ad hæc usque tempora obtinue-
rant, unde & de Abrahamo Deus pronunciat, quod jura
& mores, (non leges scriptas) docturus sit progeniem
suam. *Gen. XXIX.* 19. Magna igitur ratio subesse debet,
cur Deus per Moysen uno eodemque tempore, quo
scripturae Autor fuit, simul auctor fuit legum scriptarum,
adeoque scriptura nonnisi propter leges videatur esse
inventa. Sed quæ alia esse potest, quam quod mores
populi Israelitici ita fuerint in Aegypto depravati, ut
nulla spes fuerit hōnios mores rursus potuisse introduci
per bona exempla, cum hæc & fuerint paucissi-
ma, & exemplis pravis eorumque infinito numero facile
fuerint suppressa. Multo minus Cantica poterant finem
antiquum obtainere, cum nemo esset, qui cantica de mori-
bus Deo placentibus vellet discere & ad posteros propa-
gare, cum omnes cerebrasua replevissent hieroglyphi-
cis Aegyptiorum peccatos mores significantium, & can-
tica etiam talia amarent praecanticis bonis. Nam & ho-
diendum ita comparatum est cum genere humano, ut qui
cantilenas amatorias ac similes amant, has potius doce-
ant liberos suos quam cantica sacra. Hinc & Moses non
simpliciter proponebat leges scriptas, sed iussu Dei ma-
gno cum apparatu & terrore miraculoso prius gentilisraelitice incusso. Et cum Deus initio leges paucas vellet
populo proponere, nil nisi amorem Dei & proximi in-
culcantes, per horrendam tamen vitulationem Deus ad
justissimam iram permotus, dedit iis plurimas leges,
primo eo respicientes, ut variis & infinitis ceremoniis,
purgationibus &c. durities populi aliquo saltē modo

12 DISSERT. JURIS PUBL. MORUM

coerceretur & ab idolatria eique cohærentib⁹ moribus
peſſimis avocaretur, quæ adeo cum eſſent prioribus le-
gibus paucis multò imperfeſtiores, & ad finem obti-
nendum non ita perfectè aptæ, ut in hominibus probis
ſunt boni mores aut in hominibus faltem emendabili-
bus paucæ eaque ſimpliciſimæ leges, Deus ipſe apud
Ezechielem vocat præcepta & ſtatuta non bona. *Befold,*
op. Polit. lib. 6. p. 134. Spenerius de legibus ritualibus.

§. XI.

*Sed insuffi-
cientiam ta-
men ad re-
ſtaurandoſ
bonos &
ſanctos mo-
res, quorum
recuperatioſ
legibus ſcri-
ptis demum
Christus do-
cuit.*

Et usque adeò hæ leges ſcriptæ etſi ad reſtringen-
dam majorem depravationem ſumme neceſſariæ, ad
reſtaurandoſ tamen bonos mores à ſanctis Patriarchiſ-
tām antē, quam poſt diluvium ſancte cuſtoditoſ, & ad re-
parandam talibus moribus cohærentem tranquillitatem
animi, & ſummatim humani generis felicitatem, ita
non fuerunt aptæ ac ſufficientes, ut non ſolum ea de re-
nem abſque teſtetur historia Moſaica, ſed & inſuper omnes divino-
rum Prophetarum correſtiones, & ipta Christi ac Apo-
ſtolorum admonitiones & doctrina idem ſæpiſſime in-
culcent; infinitas videlicet historias proponentes inobe-
dientiæ ac rebellioniſ populi Iſraelitici, ſed & diſplicen-
tiā Dei ſuper obſervatione rituum externorum, tan-
quam finem ſuum non obtinentium, partim etiam ex-
preſſe inſufficientiam Legis Moſaicæ ad veram beatifi-
tudinem acquirendam inculcantes. Venit itaque Chri-
ſtus reparaturus veram generis humani felicitatem,
non novus Legiſlator, neque divino nomine ſcriptas
leges proponens, ſed Doctoř novus primævæ felici-
tatis per Adamum amissæ & per poſteroſ ejus cum ma-
jori inſelicitate magis magisque permutoſ, ad ſanctiſi-
mos mores humilitatis & mansuetudinis ſeu tranqui-
lita-

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO. 13

litatis sanctissimo suo & divino exemplo adhortans & spem faciens certam, non obstante intima singulorum hominum corruptione, eam tamen per vivam in ipsum ipsiusque meritum fiduciam obtineri posse, atque de inchoatione hujus felicitatis etiam in hac vita mores suorum discipulorum sanctos, atque primorum Sanctorum Patriarcharum æmulos, & ipius exemplum sequentes, testistros esse, plus videlicet valere bonos mores ex amore boni profluentes quam hypocriticam vitam ex meru pœnæ legibus divinis scriptis dictatae derivatam. Omnia hæc jam suo tempore propheticō spiritu in summa contraxerat vir secundum cor Dei (ab ipso divino spiritu, non à gnathonibus & parasitis hujus mundi sic vocatus) David ps. 51. v. 17. & 18. Quoniam si voluntates sacrificium, dedissem, utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo Spiritus contributatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Vide omnino quæ ad istum Psalmum commentatus est B. Lutherus in ejus enarratione jam auspiciis Serenissimi Principis RUDOLPHI AUGUSTI, Brunsvicens. ac Luneb. Ducis, Domini nostri Clementissimi ex authographo iterum recensita p. 39. 40. 41. 43. 44. 57. 58. 59.

§. XII.

Demonstravimus, ut puto, per discursum de origine legum Scripturarum omnia & singula simul verba, quæ supra in fine §. 5. in proponenda sententiâ nostrâ paululum prolixius adhibuimus, atque si iterata vice expendo, utrum in iis, quæ à §. 6. hucusque dixi vel minimum possit remanere dubium, nihil deprehendo, quod ulteriori declaratione indigeat, quam quod aliquo di. quod dictum fuit, scripturæ nullius usum ante Mosen fuisse.

B 3

iffe.

isse. Quod sane uti maximi momenti in præsenti demonstratione esse videtur, cum evidens sit, si nulla scriptura fuerit, nullas etiam fuisse vel esse potuisse scriptas leges; ita etiam maximum momentum eidem decedet, si hæc assertio esset falsa. Falsa autem videtur esse, immo falsissima, si communem opinionem eruditorum respicias, docentium, Adamum statim literas invenisse, atque Sethum observationes Astrologicas duabus statuis inscripsisse, æneæ & lapideæ, item Enochum propheticum scriptum reliquississe, cujus fragmenta non solum Patribus Christianis primorum seculorum fuerint cognita, sed & nostris temporibus à viris antiquitatum scrutatoribus in lucem e tenebris protracta, ad quod etiam provocet diserte Judas Apostolus in Epistola.

§. XIII.

Rationes decidendi. Sed nihil muto. Nam variis argumentis ostendi potest, literarum usum ante Mosis tempora nullum fuisse. Initio quidem convenienti omnes Theologi, quod divinæ veritates ad Mosis usque tempora conservatæ fuerint per traditionem, cujus assertionis nulla verisimilis ratio reddi posset, si scriptura fuisset in usu. Deinde Moses nullum librum citat, qui scriptus fuerit ante ejus legem, sed meminit saltæ quorundam cantorum, quæ tum temporis in usu erant, ut è memoriam non exciderent facta nobilia. Denique nullibi ante Mosen fit litterarum mentio aut scripturæ ubi tamen, si ea fuisset in usu, maximè eidem fuisset locus. Cum Abrahamus Eleazarum mitteret in Mesopotamiam, ut Isaaco Uxorem inde adduceret, nullæ literæ ei date sunt, ad arduum hoc negotium consummandum, sed ipse

ipse oretenus saltem iussum Domini sui proposuit, *Gen. 24.* Cum Jacob & Laban monumentum extruerent reconciliationis suæ, *Genes. 31.* cum Isaacus nomina imponeret puteis inventis, *Gen. 26.* cum Jacob erigeret columnam in Bethel, ubi Deus ipsi apparuerat in visione, *Genes. 28.* nullius inscriptionis fitmentio. Cum fratres Josephi in Ægyptum proficiserentur & cum Joseph unum ex iis loco obidis retineret, ut reliquos adigeret ad simul afferendum Benjaminum, nullæ ab his producebantur literæ à Jacobo patre scriptæ, neque Josephus scribebat patri, cum ipsum curaret ad se adduci. Et maxime à vero dissimile est, Josephum hominem pium & moratum tam indecorè se gessisse, & ne verbulum quidem scripsisse Jacobo, ut ei per literas fidem ficeret, de vitâ suâ, si scriptura tuisset in usu, unde nec Jacobus volebat credere filiis, usque dum videret apparatum à Filio ad iter commodius aggrediendum simul transmissum. *Genes. 42. 43. 44.* Videatur pluribus hæc demonstrans eruditus scriptor Gallus Jaquelotius *de existentiâ Dei lib. 1. cap. 23. p. 288. sq.* ubi simul prolixius ad objectiones paragraphe præcedente formatas & ad alias, de libro Jobi, & quod à Mose citeretur liber bellorum Domini *Num. c. 21. v. 14.* eleganter responderet. *Conf. eund. cap. 20. p. 241.* & que jam alibi docuit Dominus Præses in obsrv. *Selecl. T. I. obs. 19. §. 9. 10. 11.*

§. XIV.

Videamus jam quid sanum remanserit in tabulis Philosophiæ Ethnicæ aliorumque scriptorum Græcorum & Romanorum eidem subnixoram. Epicurus & ejus affecta Lucretius communiter taxari solent, quod originem omnis juris in solâ utilitate ponant, eamque

*Comparatæ
cum doctrinâ nostrâ o-
piniones
Genilius.
Nimirum
rati- Epicuri,*

rationi naturali opponant. Sed quemadmodum alijs Philosophiam Epicuri à calumniis Stoicorum aliorumque non inflicter defendit Gassendus, ita & in hâc re eruditè suppetias tulit eidem philosopho in *commentario ad Libr. 10. Diogenis Laertii part. 2. p. 183. seq.* Interim non diffidendum, Epicuri philosophiam miserere erasse in assignandâ origine legum conditarum, dum multas fabulas de seculo aureo, argenteo, & ferreo hic texit Lucretius excerptas à Gassendo d. l. p. 186. seq. Quâ in re tamen non deterior est aliis sectis, nam & Platonici & Aristotelici & Stoici, ut mox videbimus æquè ineptiunt. Confer interim, quæ ex Porphyrii libro de abstinentiâ carnium excerptis idem Gassendus d. l. p. 188. seq. Id tamen non imprudenter dixit Epicurus, apud Stobeum Serm. 41. Positæ sunt leges in sapientum gratiam, non sane ne injūstè agant, verum ne injūstè in ipsos agatur. Cum quo convenit Menandri illud apud eund. Stobeum Serm. 9. si justus es, pro legibus mores erunt, id quod non multum alienum est ab eo quod Paulus inculcat I. Tim. I. iusto non esse legem positam, vid. Gassend. ibid. p. 198. b. Idem inuit Salustius de bello Catil. Malos mores peperisse boenas leges conf. Alex. ab Alex. dier. genial. l. 6. c. 14. p. m. 609.

§. XV.

Plato in Minoe seu de lege f. m. 567. seq. de optimo legislatore dum inquirit, Lacedæmonitorum leges Lycurgum ante 300. annos, ad tempora Platonis computatos, ex Creta hausisse ait, ex legibus videlicet Minois & Rhadamanti, filiorum Jovis & Europæ. Cum vero Poetæ Tragici Rhadamanum quidem justum Vi-
rum huius tradant, Minoëm autem ut agrestem, durum atque injustum traducant, ostendit Plato ex Homero &

Platonis,

& Hesiodo, tanquam locupletioribus testibus præ cunctis Tragicis, quod Minos annos novem cum Jove discipline gratia collocutus sit, & quod idem ab Homero ut Judex mortuorum inducatur, cum tamem nihil horum dicatur de Rhadamanto, caussaque ostendit, cur Minos apud Poëtas Atticos malè audiat, quia nempe civitati Athaniensium, etiam tum temporis vel maximè Poëtis omnis generis, & magnam partem Tragicis referat, Minos bellum intulerit. Ut adeo Poëtæ Tragici & patriam & se contumeliis istis in Minoa jactis ulcisci voluerint. Unde concludit Plato, Minoëm & Rhadamanthum omnium priscorum LLatorum excellentissimos fuisse, & ex hoc loco Platonis postea incaute descriperunt reliqui, qui Minoëm & Rhadamanthum primos LLatores faciunt. Nos autem, uti historiam sacram meritò fabulis & Platonicis & Homericis præferimus, & Homerum, (fremant licet Poëtæ & Pædotribæ, ac qui philologorum honestum nomen adhuc hodie male usurpant,) non aliter consideramus, quam Coryphaeum aliquem Phonascorum Noribergensium, der Meister-Sänger/ (& adeo Johannem Saxonem, Sutorem Noribergensem, jure meritoque suo titulum: Homeri Germanici sibi vindicare putavimus, Homerum autem, si absque adulacionem consideremus, nihil sua virtute convenientius prætendere posse arbitramur, quam ut vocetur Græcorum Saxo, der Griechische Hanß Sachß;) ita, ut ad Platонem revertamur, vel non debebat exponi de primo omnium LLatore, vel, si hæc ejus mens est, non debebant ejus ineptias sequi scriptores posteriores. Agit enim Plato illo loco non de primo LLatore, sed de optimo, & aliud est esse primum LLatore min-

C

toto

toto orbe terrarum, aliud esse excellentissimum inter primos in Græcia. Deinde, etiam si Plato voluerit indicare primam legum originem, insufficiens tamen homini inter Christianos sanæ mentis debebat videri probatio Platonis: fuit Minos optimus LLator, quia Poëta Homerus id dicit contra alios Poëtas. Quid si enim proverbium antiquum, quod Paulus memorat, Cretenses (quorum Rex fuisse dicitur Minos) semper fuisse mendaces, quis ad Poëtas applicet, juxta vulgatum Poëtæ dictum, quod pictoribus & Poëtis æqualem sed perpetuam fingendi potestatem tribuit? Quid si ex ipso Platone d. l. p. 569. quis urgeat, Poëtas infensos non solum ad viruperandum sed & aliter affectos ad laudandum esse maximè vehementes? Quid si Paltoni hic quis objiciat, quod non tantum Poëtas Tragicos, sed & ipsum suum Homernm, quem hic Tragicis opponit, tanquam insignium omnium Tragorum Ducem & Magistrum in sua Republ. ne quidem tolerare voluerit? *vid. Plat. l. 8. de Rep. inf. & lib. 10. ab init.* In eo tamen Platonis testimonium sententiam nostram illustrat, quod si vel maxime Minos & Rhadamanthus fuissent primi LLatores, ipse tamen cum Poëtis suis eos non pro primis Regibus habeat, sed Saturnum atque Jovem aliasque, tanquam Reges priores, agnoscat, & sic mores sub Regibus, legibus scriptis per memorabile temporis spatium priores fuisse simul concedat. Imo si Homerum Platonis velimus opponere, nec Minos Homero memoratus leges tulit. Homerus enim nuspiam utitur legum nomine, quod nullis tum legibus Græciæ populi uteretur, inquit Cujacius. Nec male hoc, ut in illa ævi simplificis innocentia, Leges in facta constituuntur, quia futura

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO. 19

futura in incerto sunt, Tacitus. III. Ann. 60. Bernegg. ad Iustin. lib. 1. c. 1.

§. XVI. Aristoteles quamvis non disertè de primo LLatore quædam tradiderit, in eo tamen, ut s̄pē alias, à Præceptore suo Platone abit, quod de Rep. l. 7. c. 10. Minoëm quidem tanquam LLatorem laudat, sed Sesostrum tamen Aegypti Regem ac in genere Aegyptiorum, tanquam qui mortalium omnium antiquissimi sint, leges & instituta légibus Minois & Cretensium præferre videtur. Cum tamen non peripicue de primo LLatore h̄c agat, adeoque nobis non contradicat, non est ut in eo refutando nos detineamus. In eo vero doctrinam nostram illustrat Aristoteles, quod suprà diximus ante leges scriptas per cantica tuisse regulas vivendi memoriae mandatas. Ita enim Sect. 19. Problem. 28. ex interpretatione Theodori Gaze. Cur leges plerique cantilenæ appellantur? An quod homines prius quam literas scièrent, leges cantabant, ne eas oblivioni mandarent, quod etiam nostrâ è. tate Agathysis in more est. Ergo primas quoque posteriorum cantilenarum eodem appellaverunt nomine, quo omnes superiores vocabantur.

§. XVII. Pergo ad Philosophos Romanos, quos Ciceronis inter Cicero Platonice sectæ præ primis addictus de Origine Legum ita differit lib. 2. de Off. c. 12. Cum tanta vis justitia sit, ut ea etiam latronum opes firmet, atque augeat, quantam ejus vim inter leges & judicia & instituta Reip. fore putamus? Mibi quidem non apud Medos solum, ut ait Herodus, sed etiam apud majores nostros, justitiae fruenda causa videntur olim bene morati Reges constituti. Nam cum premeretur inops multitudo ab iis, qui majores opes babebant, ad unum aliquem configubiebant, virtute prestantem: qui cum prohiberet injuria tenuiores, equitate constituenta summos

C 2

cum

cum in finis pari iure retinebat. Eademque constituantur legum fuit causa, que Regum. Jus enim semper quæsum est equabile, neque enim aliter esset jus. Id si ab uno justo & bono viro consequerantur, eo erant contenti. Cum id mirus contingere, leges sunt inventæ, que cum omnibus semper unæ atque eadem voce loquerentur. Hic quidem recte Cicero, iustitiam aut potius lugam iustitiae esse causam Legum, sed tamen Leges Regibus coævas esse, adeoque primam Remp. sine Llbis quasi subsistere non posse, id falsum est. Apertè autem Cicero in hunc erroris delapsus est, quod putaverit, primam Remp. fuisse Monarchicam, ac bene moratos Reges à viris probis per improbos oppressis fuisse primitus electione constitutos. Quia in re tamen uti facile excusari potest Cicero, utpote sacra Veritatis historia destitutus, ita pudore tamen debebat alios Philosophos, qui se Christianos dicunt, quod in Origine civitatis magis Philosophos gentiles, quam limpidos fontes historiæ sacræ sequi maluerint. Et poterat ipse Cicero meminisse, quæ falsa sint, quæ hic scripserat, quod etiam ap. Romanos primitus iustitiae fruendæ causa Reges constituti sint, si modo recordari voluisset, quod non populus Romanus Regem, sed Romulus portius asylo constituto populum sibi quæsierit, eosque homines non probos, sed sentinam circumiacentium civitatum, nisi forte Cicero populi hujus vilitatem oratorio magis more quam philosophico sub periphrasi *in opis multitudinis à divitibus oppressa, & ad unum aliquem virtute præstantem confugientis, obtegere* voluerit.

§. XIX.

*Justini, 54-
Iustii,* Jungamus statim Ciceroni Justinum, cum ex parte quoad ortum Rerum publicarum & Regum cum-
Ci-

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO. 22

Cicerone conveniat, q̄ oad ortum autem legum ab eodem dissentiat. Ita enim incipit suam epitomen. Principio rerum gentium nationumque imperium penes reges erat, quos ad fastigium bujus majestatis non ambitio popularis sed spectata inter bonos moderatio proerebat. Populus nullus legibus tenebatur, arbitria principum pro legibus erant. Fines imperii tueri magis, quam proferre mos erat, intra suam cīque patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus Rex Assyriorum veterem & quasi avitum gentibus morem novā imperij cupiditate mutavit. Hic primus intulit bella finitima &c. Benē quod scribat, initio populos sub regibus sine legibus scriptis vixisse, non benē, quod contrā rationem & fidem historiæ sacræ contendat, civitates per regum electionem ob spectatam eorum probitatem ortas esse. Sed hæc communis fabula scriptorum Gentilium plerorumque. Sic Salustius initio belli Catilin. Initio reges, (nam in terris nomen imperii id primum fuit,) diversi pars ingenium, alii corpus exercabant, etiam tūm vita hominum sine cupiditate agebatur, sua cīque satis placebant, posseā verò, quam in Asia Cyrus, in Graciā Lacedemonii & Atbenenses cōpere urbes atque nationes subigere, libidinem dominandi causam belli babere, tum demum pericolo atque negotiis compertum est, in bello plurimum ingenium posse.

§. XIX.

Videamus jam quid ex porticu Stoicorum afferat *Seneca*, Seneca, cuius integrum locum ex Epist. 90. non possum non adscribere: Primi mortalium, quique ex his geniti naturam corrupti sequebantur, eandem habebant & ducem & legem commissi melioris arbitrio; Natura est enim potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus aut ma-

xima corpora presunt aut vehementissima. Non precedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine actoris ceteros mares vicit: elephantorum gregem excelsissimus ducit: inter homines pro summo est optimus. Animo itaque rector elegatur, ideoque summa felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse, nisi melius. Tantum enim, quantum vult, potest, qui se nisi quod debet non putat posse. Illo ergo seculo, quod aureum perhibetur, penes sapientes fuisse regnum Posidonius judicat. Hi continebant manus & infirmiores à validioribus tuebantur, suadebant, dissuadebantque & utilia atque inutilia monstrabant. Horum prudentia, ne quid deesset suis, providebat, fortitudo arcebat pericula, beneficentia augebat, ornabatque subjectos. Officium erat imperare non regnum. Nemo quantum posset adversus eos experiebatur, per quos cœperat posse. Nec erat cuiquam aut animus in injuriam, aut causa cum bene imperanti bene pareretur, nihilque Rex magis minari male parentibus posset, quam ut abirent e regno. Sed postquam jurispenitibus vitiis in tyrannidem regna versa sunt, opus est cœpit legibus, quas & ipsas inter initia tulere sapientes. Solon, qui Athenas a quo jure fundavit, inter septem sui avi sapientia notos. Lycurgum si eadem etas tulisset, sacro illi numero accessisset octavus. Zaleuci leges Charondæque lundantur, Hi non in foro nec in consistoriorum atrio, sed in Pythagore tacito illo sanctoque secessu didicerunt jura, que florenti tunc Sicilia, & per Italiam Graecia ponerent. Proprius hic quidem ad veritatem videtur accedere Seneca, uti communiter multis magnifici solent Stoici ob verba sacræ veritati magis appropinquantia, sed videtur saltē. Nam et si non sint à veritate aliena, quæ de innocentia morum ante introductas leges differit, re ipsa ramen jam

jam s̄epius notatum errorem de electione regum in primis rebus publicis & ipse errat, & veritati de primā mōrū simplicitate fabulas Poētarum de aureo immiscet seculo. De Lycurgi & Solonis Sapientiā mox videbitur.

§. XX.

Melius omnino omnibus hisce Philosophis de legum origine Tacitus differit, qui scriptor eti Budæo omnium sceleratissimus, Tertulliano mendacissimus, Orosio adulator audiat, ego tamen post Lipsium & Lansium orat. pro German. p. m. 55. eum tanquam inter Latinos scriptores judicio & prudentiā primum aestimo. Sic vero ille Annal. lib. 3. c. 26. Vetusissimi mortaliū nullā adhuc malā libidinē sine probro, scelere, eoque sine pena & coercitionib⁹ agebant, neque premiis opus erat, cum honesta suopte ingenio peterentur, & ubi nihil contra mōrem cuperent, nihil per metum verabantur. At postquam ex ea aequalitas, ac pro modestiā ac pudore ambitio & via incedebat, provenere dominationes, multosque apud populos aeternum mansere. Quidam statim, aut postquam Regum pertasum, leges maluerunt. Hę primum rudibus hominū animis simplices erant. Maximè fama celebravit Cretensium, quas Minos, Spartanorum, quas Lycurgus; ac mox Atheniensibus quoctiores jam & plures Solon perscripsit. Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat &c. Summa dictorum eò reddit, initio fuisse bonos mores, tum leges simplices, denique successissim⁹ leges scriptas. Nec solum in his nobiscum convenit, sed & in eo, quod diximus, leges infirmum satis ac insufficiens remedium esse ad tollenda vitia. Ita enim statim subjungit cap. 27. in fine. Jamque non modo in commune, sed in singulos homines late quæstiones, & corruptissimā Republicā plurima leges.

§. XXI.

Et in eo nobiscum sentit Tacitus, quod is ferè solus expli-
catione Forstneri.

lus inter antiquos scriptores ortum Rerum publicarum non ab electione populi, sed à violentiâ derivet. Et meretur Christophori Forstneri eruditæ ad b. l. commentatio, quæ hue apponatur, ut vel hujus viri illustris autoritate, qui adhuc ob autoritatis præjudicium veritati cedere nolunt, in viam redigantur. Quibus in scholis otium est, inquit in *Not. Polit.* ad Tacit. p. 254. inquirunt, que prima omnium causa fuerit, que dispersos vagosque mortales in unum coegerit. Ignem alia, aliis necessitatem metumve, aut sapientum eloquentiam, vel denique naturam societatis appetentem colligisse homines, ajant. Et quis imperiorum originem à vi & injuria potentiorum deduxit, à plerisque vapulæ, injuriâ quidem, ut ego opinor. Neque enim ille homines vi coactos in unum convenisse ait, sed cum illi ita collecti æquali jure agerent, ambitione potentierum dominationem subiisse. Quæ sententia Taciti quoque est, hoc loco affirmantis, postquam exiū equalitas, & pro modestia ac pudore ambitio & vis incedebat, provenisse dominationes. Et certè ubi perspecies iverrimus, regnorumque præcipuum oris & incrementa viderimus, fraudem & vim, & multis larcoinia potestia initia fuisse apparebit. Tum dicta prolixè declarat exemplis Nembrodi, Nini, Semiramidis, Cyri, Alexandri Magni, Atheniensium, Lysandri, Agefilai, Romanorum, aliorumque.

§. XXII.

*Notatur Po-
lydorus
Vergilius.*

Uti vero Forstnerus recte notat otiosas Academiarum doctrinas de origine civitatis, ita jam ordo postulat, ut notemus etiam inceptam aliorum doctrinam de origine legum scriptarum. Quis de Polydoro Vergilio ejusque tractatu de rerum Inventoribus, sibi de origine legum scriptarum longè meliora non promitteret, quam de Tacito homine Ethnico? Si quis tamen evolvat ejus librum 2. c. 1, ubi thema istud expavit, non inveniet, quod quæsivit. Etsi enim satis be-

ne

nè rejicit fabulas Gentilium Poëtarum, qui Cicerem primum in terris leges condidisse mentiti sunt, ac ex Josepho primi legislatoris gloriam Mosi adstruat, in eo tamen misere se gerit, dum Legis scriptæ i. e. Mosai-cæ causam & originem exponere vult, Verum hoc loco, ait p. 75. illud disputandum viderit, quid fuerit, quamobrem lex ista scripta non perinde ut altera bona; postremo lata sit, quo, ut Apostolus Paulus ait, iram operatur, & sexcentis pœnis mortales obligat: contra illa prior lex, que non scribitur, sed nascitur, ac profluvio quodam naturæ fonte in humananum ingenium à primo fluit, sine fraude, sine do-lo est, particeps justitie, expers iniquitatis. Quapropter è re nostra minus videntur fuisse, ut altera introducta sit, que nobis malo est. Proinde opere premium est de origine istius legis subtilius tractare, & quia divus Ambrosius, epist. 17. ad Irenaeum, illud plane facit, cum ideo ita dicentem attendamus: Certum est, inquit, non fuisse Legem necessaria-riam, que per Mosen data est: Nam si naturalem legem, quam DEUS Creator infudit singulorum peccoribus homines servare potuissent, non fuisset opus ea lege, que innodavit magis, quam solvit humani generis infirmitatem. Soluit eam naturæ legem Adam, qui voluit sibi arrogare, quod non accepérat, ut esset sicut ejus Creator qui ita per inobedien-tiā contraxit offensam: nam si non rapuisset imperium, prerogativam nature atque ingenitæ sibi innocentie hereditibus propriis reservasset. Ergo quia lex violata est, ideo prescriptum nove legis necessarium fuit, ut vel partem haberet, quicunque amiserat. Simul, quia causa dejectio-nis superbia fuit, debuit ea lex dari, que cum DEO subjectum redderet: nam sine ista lige peccatum nesciebatur, & minor erat culpa, ubi erat culpa ignoramia. Unde Dominus ait: si non venissim & locutus fuissem eis; peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent. Lata est ergo Lex, primum, ut excusatio tolleretur, cum prescriptum ante non esset, quod pro se quisque caveret: deinde ut omnes subiec-ren-tur DEO. Sed dices: Lex auxit peccatum, cepit mihi obesse scire. Verum dicas: est tamen, quod consolari potest tuam sollicitudinem: quia si per legem abundavit peccatum, per eandem abundavit & gratia per Jesum Christum, sicut testificatus est Johannes dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Habet igitur, legem non necessariam fu-

*I*ffe, si illam naturæ & legæ servare potuisse: sed quia non servavimus, id iure
eo ista lex per Mosen data facta est necessaria, ut docere me obedientiam, &
transgressionis Adam solveret laqueum, qui totam adfrinxit hereditatem
&c. Intelligis ne, quid velit Polydorus Vergilius, imo quid
velit Ambrosius? Ego fateor me nihil intelligere, aut si ali-
quid urcumq; intelligam, intelligo, Divum illum Ambro-
sium in ipsis subtilitatibus nihil attulisse quam scopas
dissolutas & arenam sine calce, ut vel ex hoc specimi-
ne appareat, in quantis tenebris versatum sit eo secu-
lo genus humanum, cum ipsa Ecclesia lumina ita ob-
scurarint doctrinæ sapientiæ. Sed hoc nemini mirum,
qui persisteret, seculo quarto & quinto loco sanarum
ac simplicium veritatum regnasse fucos oratoriæ artis
& quidem parum artificiales etiam in ipsâ, Ecclesia de
quo plura dixit Dn, Præses in obseruat. select. T. II. Obs. 8.
n. 28, seq.

§. XXIII.

*E*t Henricus Salmuthi de causis cur leges olim literis non sint man-
datae, quem immiscuit notis ad Gid. Pancirolli librum rerum
deperditarum ejusque caput desibulâ p. m. 368. Istud quoque dicit
ob Legum autoritatem dissimilandum non est, quod Cæsar lib. 6. de bel-
lo Gallico prodidit, Druidas leges & disciplinas serias literis manda-
re nefas putasse. Idque duabus de causis: quod neque in vulgus dis-
ciplinam efferrivoluerint; neque eos, qui discunt, licetis confisos, mi-
nus memoria studere: quod si videmus plerique accidere, ut præ-
dio literarum freti, diligentiam in perdiscendo, & memoriam remittant.
Cui non absimile forsitan fuit Lacedæmoniorum institutum, ut leges sine
scripto hominum memorie deponerent §. ex non scripto Inst. de Jur. Nat.
Gent. & Civ. Sed nec Romani Leges permiserant passim vagari teri-
que: sed apud Pontificum Collegium eas earumque actiones, que ci-
ca fori solennia verarentur, esse decreverant, tam scientia, quam inter-
pretatione: nec nisi certas & solennes, imo anxiæ graves eis palam passa-
funt?

sunt: ne populus, ut ait Pomponius, prout vellet, institueret l. 2. ff. de Orig. Jur. Populo enim legem terrori & miraculo pene esse, utilissimum est habitum: cum Lex omnis sit inventum ac munus Dei, decretum prudentum hominum &c. l. 2. ff. de Legib. Nam quod magis humanis mentibus leges figerentur, & plus dignitatis ac venerationis haberent, Reges prudentissimi & alii prima note Legumlatores ad Deum aliquem eas retulerunt. Sic enim Minos Creterum Rex colloquio Iovis fruise afferebat, & Leges ex illius responso dare, quas Lycurgus, postquam in Creta didicisset, domum reversus ab Apolline acceptas finxit. Moses certe tabulas duas Legum sacrarum a Deo O. M. sibi in monte Sinae traditas estatur. Quid Cæsar velit, dum de Druidibus Gallorum differit, intelligo, intelligo etiam mentem Pomponii certe non de legibus sed solennitatibus loquentis. At quis concoqueret additamenta Salmuti: Utilissimum esse habitum ut leges Populo terrori sint & miraculo, ergo non esse scriptas. Quasi leges non sint normæ actionum, at quo modo norma esse poterit quæ ignoratur & occultatur? Aut quasi leges scriptæ non possint esse etiam miraculo. Deinde quid illud: Leges sunt munus Dei, & Regum prudentissimi ad Deos retulerunt, ergo non fuerunt scriptæ? Quasi leges Mosaicæ non sint scriptæ. Sed meliora quidem a consarcinatoribus locorum communium, qui non ex thesauro cordis sui scribunt, sed ex nongentis nonaginta novem libellis consarcinant millesimum, expectare nemo potest.

§. XXIV.

De origine legum scriptarum satis. Aliud argumentum pro præstantia morum præ legibus scriptis suppeditant exempla populorum hactenus sparsum re-scripsit, multos populos vixisse sine legibus populi solis moribus ac legibus non scriptis contenti bus non scripsi.

D 2

*Alterum ar-
gumentum,
multos popu-
los vixisse
sine legibus
scripsit, mul-
tos sine mori-
bus non scri-
psi.*

absque ulla legibus scriptis rem publicam feliciter gubernarunt, & forte felicius, quam si, qui legibus scriptis usi sunt, patet leges scriptas minimum nihil exigui habere posse praे moribus non scriptis. At tales populos fuisse non raros, præter ea quæ jam de Romanorum initio & de Gallis diximus, mox ulterius declarabimus. Contrà nullus populus qui legibus scriptis utitur, unquam exxit, qui præter leges scriptas non usus sit multis moribus non scriptis, cum impossibile sit, de omnibus moribus, qui ob circumstantiarum varietatem infiniti sunt, leges conscribere, quæ si bona sunt & ex arte conscriptæ, generales eæque paucæ esse debent, ut propterea multa interpretatione in applicatione opus habeant, quæ plerumque incertitudinem parit, cum contrà mores facilius incurvant in sensu, atque, ut omnia quæ in sensu incurvunt magis certi sint, aut, si incertitudine laborent, sèpè id tempestivæ immixtioni legum scriptarum, ut intrà docebimus, sit adscribendum, unde, si cumulum argumentorum magis, quam pondus consideraremus, novum pro mōrum præstantia possemus formare argumentum.

§. XXV.

Imperfectionis legum scriptarum imperfectionem
Plato in Politico sive de regno. f. m. 552. seq. H. Patet autem quodammodo legumlationem ad dignitatem regiam pertinere, sed esse optimum non leges quidem valere sed hominem prudentem regiumque. Numquid hujus rationem intelligis? S. Declara. H. Quoniam les nequit, quod optimum omnibus esse & justissimum sincere comprehendere, semper ira, ut opera pretium est, precipere, quando hominum actionumque dissimilitudo instabilisque rerum humanarum conditio facit, ut ars nulla simplex quicquam, & in universum de omnibus, perque omnem tempus valens constituere possit. Concedimus ista? S. Plane H.

L

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO. 29

Legem vero cernimus ad hoc ipsum nisi, quasi hominem quendam perinacem & imperitum, qui nibil, quam quod ipse constitueret, fieri permittat, sed nec rogari etiam, si quid novi prater illius ordinem potius meliusque alicui videatur. S. Vera loqueris, ita enim, ut dicebas, lex homines cogit. Ho. At fieri non potest, ut certus quidam & unius modi simplex ordo valeat in his, que varia semper sunt, unius modi vero nunquam. So. Apparet. H. Invenienda igitur causa, quam propter leges ferre necesse est, lex ipsa licet optimum atque rectissimum non sit. S. Cui dubium? H. Nonne & apud nos & ap. alios quosvis mortales sunt quedam simul omnium exercitationes communes, sive cursu, sive alio quoque genere decertare velis? S. Per multa. H. Age nunc referamus memoria precepta eorum, qui arte quadam gymnasii presunt. S. Quenam? H. Arbitrantur illi quidem fieri non posse, ut, quod signatim & unicuique seorsim convenit, precipitatur. Itaque, quod communius est, quodque & plurimis & plurimum conducere putant, instituendum consentit. S. Praeclare H. Quamobrem dum equis laboribus hodie canctos adstringunt, paribusque exercitationibus agitant, si ut vel nimis incitent vel enervent, & inepta ad cursum palestramque & alia certamina corpora reddant. S. Sic accedit H. Legum quoque conditorem putemus suis gregibus presidentem, deque iustis operibus mutuisve commerciis jura dantem, non posse, dum canctis in unum consilii, accurate ad singulorum commoditatem jusve prospicere. S. Consentaneum est. H. Ceterum, ut arbitor, quod & plurimis & plurimum conductit, communiter instituet, ac huiusmodi leges & scriptis & non scriptis sed patriis moribus inducit. S. Reclite. H. Reclite admodum. Etenim quo pacto quia posse per omnem vitam ad singulos circumspicere, sedulusque assidere cuique, & cuiusque commoditati consilere: Nam si quis disciplina regia praeitus, hoc efficere posset, vix unquam impedimenta ista, que leges appellantur, sibi prescriberet. S. Ita prorsus ex his, que dicta sunt, videtur. Plura sequuntur apud Platonem, quae lectionem merentur, in quibus ex natura legum scriptarum declarat, ob earum imperfectionem saepe opus esse mutatione, idque per similia a medico desumpta egregie illustrat. Ut igitur

D 3

Pla-

Plato ex ipsis rationibus intert, præstare ut Rex, quam ut lex imperet, ita nos similiter ipsis argumentis corroboramus sententiam nostram, præstare bonos mores in civitate vigere, quam bonas leges scriptas. Nam quemadmodum Plato recte vult, defectum legum scriptarum suppleri debere à rege, ita eadem cum haec-
nus dictis ostendunt, in omni Republicā defectum le-
gum scriptarum suppleri à moribus. *Conf. Marſl. Ficinum
in argum, ad Platonem de Fortitudine. f. m. 466.*

§. XXVI.

*Et Aristote-
le.*

In gratiam eorum, quibus autoritas Aristotelis adhuc magnificeri solet, apponamus etiam hujus consensum *de Rep. lib. 3. cap. 16. Majorem*, inquit interpres Lambinus, *auctoritatem habent & sunt de rebus majoris ponderis leges in moribus posita, quam leges scripta. Quare homo, qui Reipublica præficitur, minus ille quidem labitur ac fal- litur quam leges scripta, sed non quam leges moribus com- paratae ac confirmatae. Et mox: Sunt autem etiam nunc ma- gistratus, penes quos est arbitrium & potestas judicandi, quemadmodum penes judicem, iis de rebus, quas lex non pot- est complecti neque definire, quia lex optimè imperare & judicare nequeat. Nam quas res lex definire potest, de his ne- mo ambigit, quin ejus plurimum valere debeat auctoritas. Sed quoniam alia quidem legibus comprehendendi possunt, alia non possunt: bac sunt, qua dubitationem & questionem af- ferunt, utrum præstabilius sit legem optimam, an virum o- ptimum imperare. Nam quibus de rebus consultant homines, de iis re- bus lex ferri non potest. Nemo igitur causam dicit, quin necesse sit hominem esse, qui de talibus rebus judicet &c. Ecce hic mo- res legibus scriptis præfert Aristoteles, & bonum Re- gem bonis legibus.*

§. XXVII.

§. XXVII.

Addamus etiam Ciceronem ob Ciceronianos, si *Ac Cicerone.*

qui sunt. Hic de invent. Rhetor. lib. 1. c. 38. Eè virtute, ait, & sapientia majores nostri fuerunt, ut in legibus scribendis nihil sibi aliud nisi salutem atque utilitatem reip. proponerent. Negue enim ipsi, quod obesse, scribere volebant: & si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum iri legem intelligebant. Nemo enim leges legum causa, salvas esse vult, sed reipubl. quod ex legibus omnes remp. putant optimè administrari. Quam ob remigitur Leges servari oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari convenit: hoc est, quoniam reip. servimus, ex reip. commodo atque utilitate leges interpretetur. Nam ne ex medicina nihil oportet putare proficiisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectet, quoniam ejus causa est instituta: sic à LLbus nihil convenit arbitrari; nisi quod Reip. conducat, proficiat, quoniam ejus causa sunt comparata. Ergo in hoc quoque iudicia definite literas legis perscrutari; & legem, ut aquum est, ex utilitate Reip. considerare. Quid n. magis utile Thebanis fuit, quam Lacedemonios opprimi? Cul rei magis Epaminondam Thebanorum Imperatorem, quam victoria Thebanorum consulere decuit? Quid hunc tanta Thebanorum gloria tam claro atque exornato tropæo carius aut antiquius habere convenit? Scripto videlicet legis omisso, scriptoris sententiam considerare debebat. Atque hoc quidem satis consideratum est, nullam esse legem, nisi Reip. causa scriptam. Summam igitur amentiam esse existimabat, quod scriptum esset reip. salutis causa, id non ex reip. salute interpretari. Quodsi leges omnes ad utilitatem Reip. referri convenit, hic a. salutis Reip. profuit, profecto non potest eodem facto & communibus fortunis consoluisse & legibus non obtemperasse. Fateor quidem Ciceronem, ut antecedentia & sequentia ostendunt, hic non tam Philosophari, quam exemplum aliquod præceptorum Rheticorum tradere, & protegō, quæ hic de Epammondiā adducit, ita sunt comparata, ut multa in utramque partem afferri possint, utrum nempe Cicero in defendendo factō Epaminondæ partes boni interpretis observaverit, annon potius co-

lori-

Ioribus oratoriis usus sit ad palliandam interpretationem summè cavillatoriam. Nec ipse Epaminondas coloribus hisce Ciceronianis in sui defensionem usus est. Cum enim Lex esset Thebis, quæ morte multabat, si quis imperium diutius retinuissest, quam lege præfinitum foret, & Epaminondas plebiscito, ipsi imperium abdicanti non paruissest, sed id tamdiu retinuissest, donec maximâ clade affecisset Lacedæmonios, & propterea accusaretur, confessus est crimen, nec recusavit poenam mortis, sed solum petiit, ut epitaphii loco, triumphum ejus de Lacedemoniis fuisse causam mortis, scriberent, ut laetus narrar Cornelius Nepos in Epaminondâ c. 7. & 8. Interim tamen vel ex hoc ipso apparet, quam sint subjectæ cavillationibus leges scriptæ, quod vel de legibus non scriptis vel de moribus non ita facilè timendum est. Nam si Epaminondæ lex scripta non obstatisset, sed moribus faltem fuisset hactenus observatum ut, qui magistratum debito tempore non deposuissent, morte fuisse multati, facilius apparuissest cuilibet bono civi, Epaminondam nihil commisisse, quod morte dignum sit. At ex regulis legem scriptam interpretandi multa contra factum Epaminondæ & contra ipsam Ciceronis defensionem afferri possunt, quæ tamen ulterius exponere non est hujus loci.

Novum ar-

gumentum:

*Leges scriptæ
pluribus ca-
villationibus
sunt subjectæ,
quam moros
& jus non
scriptum.*

§. XXIX.

Nota tamen istam observationem, tanquam novum argumentum pro præstantiâ morum præ legibus scriptis, idque porro declaro exemplo patrisfamilias & morum domesticorum, aut etiam ejus iussuum, quibus servis aliquid imperat. Differunt enim domus & ref.

respublica tanquam latius & angustius, & quod in domo mores sunt, vel etiam iussa communia patrumfamilias, id in Republica sunt leges, aut mores civitatis. Jam autem cuilibet mores hominum cogitanti apparabit, in domo vel mores familie, vel etiam communione aliquod iussum (aut etiam singulare) quod Dominus ore profert, tantis cavillationibus non esse obnoxium, quam si in scripturâ voluntatem suam declareret. Capiamus exemplum. Moris est in aliquâ familia aut etiam Dominus non ita pridem jus sit, ut famulorum aliquis singulis diebus statâ horâ ipsi vel jusculum aliquod vel jentaculum afferat ac præparet in certâ parte domus. Hic nullum est dubium, quin iste famulus absque periculo vapulandi, aut vel solam verborum coercitionem timendi possit cessare in hoc officio, si aut dominus peregrè absit, aut extra ordinem paulo ante ab alio famulo offam sibi offerri curaverit, aut si apud alium amicum paulo ante jentaculum sumserit, & alias similibus casibus. Alia longe ratio est, si Dominus per scripturam singulis servis vel famulis, aut certo horum ordini ordinationem aliquam officia eorum describentem dederit. Hic enim, etsi sana ratio suadeat, in iisdem, quos modo memoravimus casibus, Dominum easdem exceptiones admittere voluisse, ista tamen conjectura non ita libera est, & absque metu aut scrupulo voluntatis contrariae, præprimis si dictum fuerit in lege familie, per clausulam generalem, (& multò magis si per clausulam specialem,) quod famuli nihil de his, quae in ordinatione præscripta sunt, mutare debant sine expressâ voluntate Domini, eique, qui contraria fecerit, gravis pena dictetur. Ut taceam, alias

in vulgus notum exemplum de Domino, qui per scripturam, operas quas à famulo sibi stipulabatur enumerantem, conduxerat sibi famulum. Cum vero aliquando benè potus, praeunte & facem ferente famulo, domum iret, & pedibus officium suum non rite facientibus caderet, & seipsum erigere nequiret, nolebat servus Domino opem ferre, antequam prius contractum suum inspexisset, utrum in indice operarum stipularum & hoc officium contineretur. Breviter: Iussa scripta subjacent vel cavillationi iniquæ intuitu eorum, quibus scripta sunt, unde commune dictum: *summum jus summa injuria*, vel temerariæ & leges cludenti, unde aliud: *Lege inventa & fraus inventa est*. Prioris exemplum dedimus in priori, posterioris in posteriore casu.

§. XXIX.

Causa hujus diversitatis. Hanc observationem cum alibi me legisse non meminerim, veniam dabit lector infantiae meæ, si intis. *Dubia rationem hujus diversitatis inquiram, & de re, ad eos,* circa eam. quibus gubernacula Reipublicæ concredita sunt pertinente conjecturas meas aperiam. Omnis cavillatio est verborum cavillatio. At mores verba non habent, quæ quis cavillari possit. Injussis vivâ voce prolatiæ & que ut in scriptis verba adsunt utrobique. Cum tamen præcepta non scripta in præcedenti thesi moribus exequaverim, mirum posset videri alicui, quod alia debet aut possit esse interpretatio verborum vivâ voce prolatorum, aliâ inscripturam relatorum. Sane cum verba sint index animi, & verbum eundem sensum retineat, sive sit ore prolatum sive in scripturam redatum, interpretatio autem sit facienda secundum men-

tem

tem loquentis & signa ejus, videtur necessariò sequi, eandem esse debere interpretationem, ubi eadem sunt signa. Sunt autem eadem signa ubi eadem sunt verba. Accedit quod nullus interpretum, quod sciām, docuerit, in doctrinā interpretationis verba scripta secundum aliam regulam esse interpretanda, quam verba viya voce prolata.

§. XXX.

Sed ad hæc tenendum: omnem interpretationem *Répondetur dubiis.*
niti conjecturis, adeoque nullam interpretationem
verborum alienorum pro demonstratione venditari posse necessariā & infallibili, sed probabili saltem & ve-
ro simili. Conjecturas vero desumi quidem potissi-
mum à significatione vocum & sermonis, sed esse ta-
men sàpè & alias fontes conjecturarum significacioni
verborum planè oppositas aut diversas, ad quas sàpè
magis respiciendum est, quam ad verba, cum infinitis
modis accidere queat, ut mens loquentis vel scriben-
tis sit vel laxior verbis vel angustior. Ergo quemad-
modum illi, qui in fraudem voluntatis alienæ quid fa-
ciunt, regulariter id intendere solent, ut facto suo cum
verbis convenienti, lèdatur tamen voluntas loquen-
tis, & ita in omnibus quatuor facultatibus illæ disputa-
tiones jure méritoque sunt suspectæ, de fraude, quæ
neglectis aliis conjecturarum fontibus unicè clara ver-
ba crepant; ita absurdum esset, si in observatione præ-
fente solum ad verba & eorum significacionem velle-
mus respicere.

§. XXXI. Igitur præterea sciendum, quod alia *Loquens et p. r. medita-*
sit regulariter conditio loquentis, alia scribentis. Lo-
quens, etiam in re seriâ non semper præmeditatur,
quæ loqui velit, aut si meditatur, non cum tantâ curâ *tione non uti-
titur, quæ scribens.*

id facere solet, ut ille, qui quid scribit, cum vox auditæ perire soleat, litera vero scripta maneat. Ergo et si etiam in Scriptis aliquando interpretatio extensiva, aliquando restrictiva locum habeat, id tamen longè expeditius & sine hæsitatione procedit in interpretatione verborum loquentis, quia qui scribit, propter meditationem & curam, quæ major in scriptis est, quam in sermone, operam dāt ut conquerat verba menti suæ apta & æqualia, cum contrā loquens ad id non soleat attendere, sed sibi sufficere putet, si mentem suam quomodo cunque exprimat. Ergo saepius metuet famulus vel subditus contrā verba scriptā quid facere, et iam si æquitas aliqua id suadeat, quia fieri facilè potest, ut Dominus vel legislator saltem tacitè incuria & negligentiæ hoc pacto reus fieret, quod clarius locutus non fuerit, aut ad scripturam debitam meditationem non attulerit. Is autem, qui in fraudem legis aliquid facere intendit, falsè ridet hanc legislatoris negligientiam, & cum magna requiratur prudentia eliciendi mentem jubentis ex conjecturis quæ verbis oppositæ sunt, prætendit sub affectata simplicitate & legem, ludere, & pœnam dictatam evitare.

§. XXXII.

Adde, quod mores sint indeterminati & ob minimas circumstantias variabiles, unde laxius hic adest spatum subditio eos imitandi & secundum opinionem suam de utilitate Reipublicæ vel addendi aliquid vel detrahendi, præprimis cum mores absque ullâ lege indicium simul esse soleant majoris libertatis, & in civitate ferre Reipublicæ liberae. At per leges quascunque sive scriptas sive non scriptas legislator aut dominus in-

Mores sunt
indeterminati,
Leges
liberatem
determini-
nant.

intendit actiones subditorum vel famulorum restringere & libertatem illam tollere, in modo & commune alias ratione nium de eo quod reipublicae vel familiæ utile sit, subditis vel famulis auferre, & cum ad legislatorem unicè spectet de utilitate societatis cū effectu quid determinare, etiam per leges judicium parentium ad sensum legis determinare. Neque postulat legislator lege publicata consilia à parentibus, sed vult obedientiam, & intempestivi adeo vel etiam fraudulentii consilii reus est, qui ratione suā, & imaginariā aliquā æquitate ac à mente principis fortè alienā, aliquid committere vult, quod verbis jubentis repugnat. Huc pertinet exemplum Crassi Mutiani, qui cum architectum misisset ad afferendum ex duobus malis majorem construendo arieti, hic minorem, quem commodiorem judicabat, attulit, quā de causā virginis ipsum castigavit, corrumpi atque dissolvi officium omne imperantis ratus, si quis adid, quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non desiderato respondeat. *Gellius noct. Attic. l.*

z. c. 13.

§. XXXIII.

Etsi itaque hæc observatio, ut exemplum ostendit, etiam in mandato vivæ vocis procedat, nullum tamen dubium est, majus periculum subesse si quis contraria verba scriptorum iussuum quid committat, vel ideo, quia jubens majori cura determinavit libertatem subditorum, adeoque minus ferre potest correctionem vel mentis vel verborum. Video equidem nunc, Boeclerum de Relig. mand. p. m. 254. observasse, quod Ulrianus Rhetor ad Demosthenis orationem, contraria Æschinem περὶ τῆς παραγενθείας annotaverit, ex dupli-

*Et scripte
magis quam
voce prolatæ*

E 3

gene-

generi mandatorum, scriptorum, & non scriptorum, hec maxime ad criminandum & incusandum obnoxia esse. Sed vel nobis licebit tuto ab Ulpiano hic dissentire, vel Ulpianus, ut videtur magis, aliud quid significare voluit his verbis, quam, de quo disputamus, quod tamen determinare nolumus, præprimis cum Demosthenes non sit ad manus. Dabimus exemplum sententiae nostræ. Memorat Xiphilinus in epitome Dionis & Zonaras tom. II. in Imperat. Adriano, quod, cum aliquando, populo ferocius quid postulante præconem jussisset proclamare: *tacete*, hic metuens vocis asperitatem & in solentiam, cum manu extensa silentium fecisset, ita pronunciaverit: *hoc ipsum vult imperator*, atque eo facto Imperatorem non fuisse offensum. Haud dubie istam licentiam sibi non sumisset præco, si formula admonendi ab imperatore ipsi fuisse prescripta. *Si, ubi jubeantur, querere singulis licet, perente obsequio imperium intercidit.* Maligna laus est militis, qui interpretari iussa ducum malit quam exequi. Tacit. l. 1. Hisf. c. 83. & lib. 2. c. 39. Plura vide apud Gellium & Boecl. dd. ll. Putend. *Juris N.* & *G.* l. 5. c. 4. §. 5. Alber. Gentil. de legat. lib. 3. c. 17.

§. XXXIV.

Inde securius admittitur contraria leges scriptas. Ex opposito, et si res sit maxime plena periculi, si quis in mandato vocis verba Domini captet, ac in alienum sensum torqueat, cum magna sit malitia, si quis non præmeditato sensa animi aperit, mitius tamen cum iis procedi solet, qui verba in scripturam redacta pressè sequuntur, et si fraus jussui fiat. Mitigare enim tunc pœnam solet aut iram jubentis agnitione propriæ negligē-

gentiæ , quod clarius non sit locutus in negotio , quod ad perfectionem suam requirit , ut clarè & perspicuè mentem jubentis subjectis exponat . Præ- primis si aliis verbis commode uti potuisset . Sic me- mini me alicubi legisse , cum in Urbe aliquâ noctu mul- tæ turbæ & violentiæ ac rapinæ in plateis publicis fie- rent , magistratum lege jussisse , ne quis noctis tempo- re absq; lucernâ in plateis deprehenderetur . Deprehen- derunt statim vigiles plurimos cum lucernis , sed absque candelâ . Jussi itaque ut in lucernis etiam candelas haberent , indiderunt alii candelas sed non accensas . Denique jussi ire cum lumine in laternis , laternas ita fabricari curarunt , ut operiretur candela ac radii lucis transparere impedirentur . Hic etsi fraudem nemo defensurus sit , patet tamen , magistratum eam facile evitare potuisse , si statim initio jusserit , omnes debere in tenebris ambulare cum lumine , ut cognosci possint à prætereuntibus , vel alio simili modo .

§. XXXV.

Nescio etiam , annon fraudibus adversus leges *Quam ad-*
scriptas fenestras aperiat communis persuasio , quasi iuvant va-
in interpretatione possint ac debeant certæ & intallibi- ria pseudo
les regulæ adhiberi , quas si rectè ad scripturam appli- regula inter-
ces , inde oriri debeant explicationes tam firmæ , ut pretationis .
non solum pro iis tanquam pro aris & focis autores di-
sputare debeant , sed & ut in dissentientes sævire liceat ,
& illi , si placidè cum eis agere velis , minimum è re-
publicâ ejici debeant , tanquam qui negent rem certis-
firmam & quasi in sensu incurrentem . Cum tamen
in doctrinâ interpretationis nulla possit afferri regula
quæ non admittat infinitas limitationes , & in harum
appli-

applicatione auctori quidem indulgendum sit, si putet, se majus quid invenisse quam quod pueri in fabâ, modo alium etiam suo sensu abundare patiatur, qui de illâ prætensâ infallibilitate dubitat. Ut taceam, illos, qui communes erroris vias calcant, sepè tales immiscere regulas, quæ ne quidem pro regulis in materiâ verosimili venditari debebant: Tales sunt v. g. mandata, item ea quæ libertatem restringunt, (quales sunt omnes ferè leges,) leges penales &c. admittere solum strictam interpretationem. Item verba regulariter esse propriè accipienda. Quodsi igitur homines nequam fraudes suas contrâ leges commissas hisce regulis defendant (ita v. g. potest fraus modo memorata contra legem de lucernis, ex his regulis omnibus defendi) impunes evadunt, vel certè mitius puniuntur quam parerat, et si dolus malus palpari possit, idque tantum in honorem artis illius interpretandi, vel magis hominum maximâ autoritate pollutum, quorum doctriñæ pleraque futilibus hisce regulis innituntur, ne videlicet sentiant auditores, quam misere decipientur.

§. XXXVI.

Cogitandum etiam aliis relinquo, an non illam leges scriptas cavillandi libidinem alias insignis sed canonisatus tamen nævus interpretandi verba in scripturam redacta magnam partem promoveat, quo jubetur & quidem secundum regulas artis, in singulis verbis mysteria querere, atque intellectum infinitis conceptibus de quibus ne per somnium quidem cogitavit scribens, perficere. Quis Dominus ferret servos, si ad eos diceret: Audite mei famuli: curabitis ut ades quam proximè à fôrdibus purgentur, &c hi servi conveni-

ant

*Et quæsta
mysteria in
singulis ver-
bis.*

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO. 41

ant, ac singula verba Domini per triduum suaviter contabulando enucleent: v. g. quod *Audite* sit vox adhortantis & ex parte facientis; *Mei* sit quidem alias pronomen possessivum, sed hic sit vox blandientis; *Famus* esse diversum quid à servis, de quorum inter se differentia unus etiam cum altero graviter disputet; tum etiam de *edium* origine & usu, de variis generibus *sordium*, de *purgatione* Judæorum, item ex jure de purgatione vulgari & Canonicâ, porrò de proximitate temporis, & de momenti in moralibus latitudine adductis etiam testimoniis sacris pariter & profanis, & multis autorum locis nescio quas commentationes faciant, & interim à purgatione abstineant, aut anteā se aedes non posse purgare domino velint persuadere nisi de mysteriis illis plenissimè intellectum suum perfecerint. Et tamen hoc interpretandi artificium artibus Papalibus in primis Academiarum fundationibus in cathedras sacras pariter & juridicas, immo & in medicas ac philosophicas per leges introductum adhuc hodiè ibi, certè in duabus superioribus fere ubi que regnat. Ita Servius ad illud Virgilii 4. *Aeneid.*

Vade, age nate, voca Zephyros, & labere pennis, annos: *Singulis verbis, & jubentis ut vade, & bortantis, ut age, & blandientis, ut nate expressit affectum.* Quilibet, cui est mens sana in corpore sano certus est, de his inceptiis nunquam cogitasse Virgilium. Intendit quidem legislator verbis legis affectum movere ad agendum in subdito, sed ipsis tamen affectu debet esse vacuus, certe affectus in verbis legis comparere non debebat. Deinde affectus movetur in parente, si omne studium eō collocet, ut actionibus suis quam proximè volun-

F

ta-

tatem Domini impleat. Resolutione illâ singulorum verborum affectus perditur, non excitatur. Quo magis enim & subtilius intellectus speculator, eo minus voluntas ad agendum disponitur. Speculatio universalium est, actio singularium, illa cum ideis iudit, hæc res sensu palpabiles tractat. Jam cogita, annon ille modus interpretandi viam evadendi monstret cavillatoribus legum scriptarum, si & ipsi prætendant, se putasse, quasi legislator illud verbum quod cavillantur, quia id magnâ cum deliberatione legi inseruerit, certi mysterii gratia usurpaverit, quod ipsitanquam subditis, quibus sola parendi gloria sit relicta, scrutari ac examinare non conveniat. Atque hic nævus etiam si non unicus certè potissimum est fons, cur nulla sit tam absurdâ legis explicatio, quæ non à Doctoribus aliquibus, etiam magnæ autoritatis detendatur, & cur nulla sit tam nefanda hæresis, quæ non se involvat in illo mysteriis pleno interpretandi genere.

§. XXXVII.

Leges non scriptæ Lacedæmoniorum à Lycurgo late, & ea. rum encomi- um.

Quæ hactenus de prærogativâ juris non scripti prælegibus scriptis differuimus, pulchre illustrari possunt per ea, quæ Plutarchus in Lycurgo & Solone differit. Notum enim est Lacedæmonios autore Lycurgo jure non scripto uscos esse, Atheniensibus contra Solonem leges scriptas tulisse. De Lycurgo itaque sic Plutarchus interprete Xylandro f. m. 38. *Lycurgus aggressus est præsentem Republicam statum convellere & mutare, ratus leges de singulis rebus latae nibil efficiatas neque profuturas, nisi tanquam virtiosi ac omnis generis morborum pleni corporis totum temperamentum medicando & purgando evacuasset primum, deinde novam dictam instituisset.* Tum paulo post f. 43. *Leges autem scriptas Lycurgus non posuit, atque hoc ipsum in Rhetris ejus cantum est.* Ita enim judicabat, ea, que ad felicitatem

civitatis

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO.

43

civitatis & virtutem omnium maximum adferrent momentum, ita de-
mum permanere immobilia, si moribus & educationi civium implantar-
entur: nam firmam voluntatem ex his elementis oriri, que necessitate
est validissimum vinculum: eam porro disciplina (qua Legum condito-
ri vicem gerit) apud juniores efficit. Atqui exiguo illos & pecuniarios
contraelius, quicque propter usum vita subinde immutantur, melius cen-
sebat scriptis Legibus non comprehendendi, neque immobiliis consuetudi-
nibus illigari: sed permittendia, ut proratione temporis augerentur
diminuerentur, secundum proba institutorum hominum arbitrium:
totum enim Legumlationis negotium ad disciplinam referebat. Itaque,
sicuti demonstravimus, ex Rbebris hæc una erat, legibus scriptis non
utendum. Et iterum f. 46. Literas usus gratia discebant, reliqua di-
sciplina eò omnis reserebatur, ut obtemperare imperiis, perseverare labores,
vincere in pœlio scirent. Et porro f. 48. Charilaus fratri Lycurgi
filius interrogatus: cur is tam paucas leges posuisset: Quia, inquit, non
indigent legibus multis, qui non multo sermone uiuntur. Plutarcho ad-
damus Coqueum in not. ad Augus. de civ. Dei lib. 2. c. 16. p. 205. qui
hac de Lycurgi Legibus annotavit: Velleius lib. 1. ait. Lycurgus La-
cedemonius vir generis Regii, fuit severissimarum justissimarumque
legum autor, & discipline convenientissima Vir: cuius quamdiu Sparta
diligens fuit, excellenissime floruit. Arist. 7. de Rep. reprobet Leges
Lycurgi, quod cuncta ad vincendum apta, & ad bellum gerendum legi-
bus suis instituisset, neque ad omnes virtutes leges suas accommodasset,
sed importuni ad res, quo utilis videbentur esse, & explende cupiditatē
eorum apte. Plutarchus tamen in Vita Lycurgi testis est, non hoc pre-
cipuum institutum Lycugo fuisse, ut Spartam plurimis imperantem re-
linqueret sed ut liberales & frugi & continentes per plurimum temp⁹ per-
severarent: apud quem etiam dicitur, omnes gloria superasse, qui un-
quam inter Grecos Remp. constituerant. Adde omnino totum
librum Xenophontis de Republica Lacedemoniorum, ubi
circa singulas Leges Lycurgi in eo occupatus est, ut
ostendat, ea omnia prudentissime fuisse instituta.

§. XXXIX.

De Solonis vero legibus scriptis rectissime judica-
vit Anacharsides vir prudens, & ipsius Plutarchi quo-

*Contrà de le-
gibus Atheni-
ensium scri-
ptis à Solone
latis sequiis
Anacharsidis
que judicium.*

F 2



que applausum meruit in Solone p. 75. Tradunt Anacharsin, cum Athenis ad Solonis domum venisset, januam pulsasse, indecasseque hospitem se adesse, cupereque cum ipso amicitiam & jus hospitii conjungere: Solonem vero respondisse domi potius amicitias parandas esse, tum illum subiecisse. Ergo tu, qui domi tue es, mo amicum tuum fac & hospitavi. Ita Solonem acumen ingenii in Anacharside miratum, comiter hominem accepisse, aliquamdius secum detinuisse, cum jam ipse Remp. legesque componeret. Anacharsidem, cum è Solone, quam is rem ageret, intellexisset, risisse hominis institutum, qui se cives suos ab iniustitia & cupiditatibus revocare posse putaret scriptis legibus, quæ nibil ab aranearum telis differrent: sed perinde atque ille tenerent, si quos infirmos & tenues cepissent, à potentibus autem rumparentur. Ei ita è Solone responsum: Sicut patris stent homines, eo quod neutrīs horum, inter quos ea convenissent, expediret ea violare: sic se leges suas civibus ita concinnaturum, ut omnes iustitiam iniustitiam utiliorem perspiciant. Et tamen magis Anacharsidis opinioni, quam Solonis spei exitus respondit. Quodsi ulterius Xenophontis viri optimi & Atheniensis testimonium contrà instituta Atheniensium pro extollendis legibus non scriptis Lacedæmoniorum in medium afferre vellem, totus penè liber ejus de Rep. Atheniensium foret exscribendus. Paucissima saltem specimenis loco dabimus ex interpretatione Joach. Camerarii: Incipit statim libellum hoc modo: Atheniensum Rempubl. cum illis bujusmodi forma maxime placuit, non laudo hanc ob causam, Nam cum hac maximè illis placuere, & hoc placuit scilicet, futilibus hominibus melius esse quam viris bonis. Hanc igitur ob causam non laudo, sed bac ipsis ratione probata, quod præolare & tueantur Rempublicam, & ea gerant, que ab aliis Græcis tanquam vitiosa reprehenduntur, id nun ostendam. Et mox His moribus ut civitas optima sit fieri non potest, verum status popularis non alia ratione conservari potest. Interum: In judiciis non tam quid iustum, quam, quid expedit spectant. Rursus: Mibi dubium non est, populum atque

Atbeniensem intelligere, qui cives boni, quique improbi sint. Hoc vero intellecto benevolentia complectuntur eos, unde a liquid utilitatis sibi redditum esse sciunt, quamvis improbi illi sint. Bonos autem viros magis odio prosequuntur. Non enim existimant, virtutem eorum talem esse, qua multitudini proficit, sed que oblit. Sed nolo quidem his testimoniis uti. Nam si quis exactius rem consideret, patet nihil amplius in toto libro agi, quam quod Xenophon democratiam ibi & aristocratiam sibi invicem opponat. Unde quoties proborum, & optimorum interpretes Xenophontis non solum Camerarius sed & Sebastianus Castalio voces posuerunt, clarior res evadet, si semper substituas vocabulum optimatum, & quoties improborum voce usi sunt, si substituas nomen plebis. Alias confusissimos & falsissimos conceptus de mente Xenophontis tibi formabis per totum illum libellum. Ut enim notum est, Aristocratiam appellari ab Optimatibus, tanquam hi sint optimi, ita ipse Camerarius in notis ad illum libellum Xenophontis p. m. 488. observavit, per τὸν πόνησαν μοχθηπές, malos & improbos propriè apud Græcos denotari qui laboribus sunt oppressi, id est plebem. Declarant dicta, quæ statim ab initio apud Xenophonem sequuntur post ea verba, quæ primo loco excerptimus: Primum hoc dicam; aquum esse, plus illic posse pauperes atque vulgus, quam nobiles & divites. Et mox ait: Sunt ubique terrarum optimates adversarii popularis administrationis. Nam in Optimatibus minimum est petulantiae & injustitiae, maximumque studium honestatis. In vulgo autem viget infirmitas, temeritasque ac improbitas.

Berneggeri
sententia pro
bonis moribus
contrà bonis
loges.

Meretur etiam, ut colophonis loco ad illustrati-
onem sententiæ nostræ apponatur dissertatio celeber-
rimi Matthiæ Berneggeri pro moribus bonis contrà bo-
nas leges *ad Taciti German.* qu. 112. *Pro bonis moribus*, ait,
cum autoris exempla militant, tum illud *Scytharum*, quod
Justinus habet l. 2. c. 2. n. 14. Ubi prorsus admirabile,
inquit, videtur, hoc Scythis naturam dare, quod Græ-
ci longa sapientium doctrina præceptisque philoso-
phorum consequi nequeunt, cultosque mores incultæ
barbariæ collatione superari. Tanto plus in illis pro-
ficit vitiorum ignoratio, quam in his cognitio Virtutis.
Quale quid de priscis quoque *Romanis Sallust.* in *Catil.* 9. 1.
Jus bonumque ap. eos non legibus magis quam natu-
ra valebat. *Causa* rei, si quis quarat, bac esse videtur:
quod ut *Autor* noster loquitur 13. XII. 3. prævalent illicita;
& *Ovidius* habet *Amor.* 3. 4. 17.

Nitimus in Vetus semper cupimusque ne-
gata.

Porro etsi leges eò respiciunt, respicere certè debent, ut cives
evadant felices, teste Platone lib. 5. de LL. vincuntur tamen
vi, ambitu, & ipso tempore exolescent; quod secus est in mori-
bus, qui nec tam facile expugnantur; & ipso temporis pro-
gressu valescent. Quod summum Philosopherum Aristotelem
fallere non potuit, qui Polit. 3. 12. dicit. Κυριωτέρες οὖν
περὶ κυριωτέρων κατὰ γραμματα νόμων τὰς κατὰ
τὰ ἔθνη εἶναι, majoris roboris esse leges, quas non lite-
teræ sed mores fecerunt. Deinde quia ex malis mori-
bus bona leges oriuntur, ut inquit *Macrobi.* 2. 13. *Saturn.*
sive ut nostri potius *Autoris* verbis utamur 15. XX. 3. leges
egre-

egregiae, exempla honesta, ap. bonos ex delictis aliorum dignuntur: illud ipsum malorum morum contagium, optimorum quoque legum remedio fortius esse solet. Unde Horat, Carm. 3. 24. 35. Quid Leges sine moribus Vanæ proficiunt? Et Seneca Ep. 39. 10. Definit esse remedio locus, ubi, quæ fuerant vitia, mores sunt. Idem de Benef. 3. 16. 5. Quemadmodum horum delictorum jam evanuit pudor postquam res latius evagata est: ita ingratos plures efficiens, & audaciores, si numerare se coeperint. Quin & Tiberius imperandi callidissimus apud Tacit. 3. 53. 2. suadet, omittere potius prævalida & adulta vitia, quam hoc adsequi, ut palam fiat, quibus flagitiis impares simus,

§. XL.

Videamus nunc etiam, sed paucis, quæ pro legibus scriptis eorumque præ moribus & jure non scripto præstantia afferri solent. Multa habet Besoldus lib. 6. p. 128. Sed pro more magis hinc inde collecta, quam bene connexa. Ergo, quoniam Berneggerum spatio pro moribus differentem audivimus, nunc etiam audiamus differentem pro legibus in subsequentे statim questione 13. Animadveri potest, ait, ad questionem propositam, num leges scriptæ sint in Republicā necessarie esse distinetè respondendum. Cum ignota sunt vitia, quid opus, leges in ea sancire? Id qui facret, non tam prohibere, quam admonere videatur. Quo argumento Solonem Atheniensis Republicæ legumlatorem sapienter fecisse sapientissimi Cicero pro Roscio 2. 15. Et Seneca de Clem. 1. 23. 2. iudicavit, quod de parricidio, ut pote sua etate nondum commisso, nihil sanxisset. Sic satè commode, præter Majores nostros, Veteres Romani vixerunt, de quibus Sallustius Catil. 9. 1. Jus bonumque apud eos non Legibus magis quam natura valebat. Et de Stybis Justinus 2. 2. 5. Justitia gentis ingenii culta, non legibus. De iisdem exstat apud Nicephorum Gregoram insignis locus, Et propositæ questioni apprimè serviens

Eiusdem pro
necessitate
legem scri-
ptarum in
Republica di-
sputatio.

explicande, quem facere non possum, quin adscribam. Ille namque Byzantinæ histor. l. 7. cum à Scythis irritamenta vitiorum, proindeque ipsa vita removisset, tandem subjicit: Ut febres, quæ humana corpora infestant, è materia oriuntur, ac tam diu vigent, quamdiu illa præsto est: cum verò & inedia diurna & potionibus Medicorum pravi humores consumti fuerint, statim & Febris desinit, & vires paullatim corporis redeunt: sic etiam apud illam gentem, cum eæ res non sint, è quibus lites & contentiones oriuntur, mutuæque insidiæ & cædes suscipiuntur, neque judiciis neque curiis, neque Legum recitationibus est opus: ac ne eloquentia quidem, verborumque argumentis ac perplexæ inventiones locum habent: sed innata quædam justitia illos regit, & haud invidenda libertas. Quibus de causis & Homerus eos mortaliū justissimos appellavit. Hec ille, Ceterum ubi à tali morum innocentia ad vitiorum declivis publicè discessum est; (ubivero locorum non est discessum?) illa civitas absque lege non magis, ac corpora nostra sine anima, confidere potest. Vere siquidem Aristot. Rhetor. l. 4. Εν τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως in legibus civitatis salus est sita. Spartana certè Resp. (placet enim unum ex infinitis exemplum attingere,) quod liberis nullisque tyrannis obnoxia floruit, quod per aliquot secula mansit eadem, causam banc unam Thucydides afferit l. 1. quia semper εὐρυτὸν, optimis legibus administrata fuit, iis scilicet, quas Lycurgus prescripsit, teste Herod. l. 95, Tacito 3. 26. 4, Justino 3. 2. 4. Nam ante Lycurgum quidem κακονομοτάτη erat, quod ibidem attestatur Herodorus. Quod si quis arbitria Magistratum ex aquo bonoque sine scriptis LLbus judicantium sufficere ducat, huic ego repono illud Aristotelis Politic. 3. 12. eos, qui solum hominem sine LLbus impe-

imperare volunt, quodammodo beluae tradere imperium: eo quod affectus, (qui sunt in homine beluinum quippiam) si nulla legum ratione regantur, mentem & judicium hominis ita pervertunt, ut, quod verum & rectum est, aut non intelligat, aut, si intelligit, sequi non possit: & propterea in judicando dicendaque sententia saepissime à vero & justo digrediatur. *Et illud Ciceronis Ep. 9. 16.* Sunt omnia incerta, cum à jure discessum est, nec præstare quisquam potest, quale futurum sit id, quod positum in alterius voluntate, ne dicam libidine. Atqui leges affectibus carent, sicuti adolescentes more regio vivere assueti queruntur, ap. Liv. 2,3,3. Ad huc adhibita longi temporis consideratione leges feruntur: judicia v. brevissime consciuntur, proindeque sine legum prescripto accurata esse non possunt. Præstat ergo quod ibidem & cap. 7. vult Aristoteles, homines legibus & leges hominibus adjungere, illos quidem, ut suaprudentia partim rigorem legum mitigent, partim defectum earum, sicuti propter generalitatem suam non ad omnes possunt singulares casus accommodari, suppleant atque corrigant: has v. ut ne illos in judicando vel imperando sinant affectibus abripi ab eo, quod honestum, verum & rectum est.

§. XLI.

Sed ad ista quidem nunc paucis responderemus. *Cui satius.* Initio miror, qui factum sit, ut vir celebris statim sibi contradiceret, & quæ in questione 112, eruditè de præstantiâ morum prælegibus annotaverat, sine sensu forte contradictionis hic iterum destrueret. Deinde ut rectè dixit: Cum ignota sint vitia, nihil opus esse, leges in ea sancire; ita videbatur in altero distinctionis membro justius longè ex excerptis §. 39. afferre debuisse.

G

isse.

issè : Contra vitia adulta in civitate non sufficere leges,
& hic loca ex Senecâ & Horatio ibidem allata repetere.
Quæ de Lycurgi legibus assert, non posunt probare ne-
cessitatem legum scriptarum, quia Lycagus leges non
scriptis. Quæ vero illis, qui sufficere putant, magi-
stratus judicare sine scriptis ex bono & æquo, ex Ari-
stotele opponit & Cicerone, miscent principia justi cum
legibus scriptis. Neque enim vult Aristoteles & Cice-
ro ibidem, quod magistratus debeat judicare secundum
leges scriptas, sed quod non debeat judicare con-
trà regulas justi, quæ non scriptæ sunt. Et posito eti-
am, Aristoteli & Ciceronem id voluisse, cuius rei
causa Berneggerus eos allegat, annon sensit, fortius
pro sententia, quam oppugnat, pugnare exemplum
Lycurgi & Spartanorum sine legibus scriptis judican-
tium ex æquo, quam autoritatem Aristotelis vel Cice-
ronis? Quod putat porro: omnia esse incerta in Repu-
blica, si non judicetur secundum præscriptas leges, in
eo iterum refellitur exemplo Spartanorum, & quod
mores boni, & si non sint ad punctum determinati, sed
libertate quadam sint muniti, certiores tamen sint quam
sententia legum scriptarum, ob collisionem variam va-
riarum regularum interpretandi, quæ efficit plerum-
que, ut major sit juris incertitudo, ubi leges scriptæ
sunt, quam ubi populus utitur jure non scripto, ob di-
sputationes fori, & farraginem communium opinio-
num contrà communes, ut taceam incertitudinem ju-
ris sèpè ex collisione ipsarum legum scriptarum ori-
undam, quorsum pertinet integer tractatus Dn. Præfi-
dis de nervis Jurisprudencie Ante-Justinianæ. Denique
esto, quod leges affectibus careant, quod ultimo loco
urget

urget Berneggerus, sufficit, quod interpretes legum æquè habeant affectus ac judices secundum jus non scriptum judicantes, quibus leges scriptas torquere pro lubitu solent.

§. XLII.

Miscuit ergo Berneggerus in illâ dissertatione duas quæstiones distinctas. Sunt utique plerique leges necessariæ, si mores sint corrupti, quod ipsi suprà concessimus, sed propterea non sunt meliores jure non scripto. Et debebat hunc casum iterum distinguere Berneggerus in diversas species, ne contradiceret iis, quæ in quæstione præcedente ipse annotaverat de insufficientia legum scriptarum ad tollendos pravos mores. Si mores pravi nondum sunt adulti & radicati, si legislator ipse exemplo præeat in tollendis pravis moribus, tum utilitate suâ non destituuntur leges scriptæ, sed non tantâ tamen, ut non idem ferè tum sine legibus scriptis solo exemplo legislatoris possit obtiniri. Si autem mores depravati sint universales & diuturno temporis usu corroborati, vix efficaciam obtinent, quam intendit legislator, vel exemplo legum Mosaicarum duritiem cordis Judaici vix ac ne vix quidem mollientium. Sunt tamen ad id non solum utiles sed & necessariæ, ut coerceantur saltem corrupti mores, ne latius serpant, & indies augmenta capiant, tum etiam ut non habeant excusationem improbi, se ignorasse voluntatem legislatoris, sed tortius de improbitate convincantur, & hoc respectu potissimum in magnâ morum depravatione leges scriptæ præferendæ sunt jure non scripto. Nec est, quod hîc nobis op-

G 2

po.

ponas, jus non scriptum Lycurgi, quasi hic mores de-
pravatos Spartanorum jure non scripto æquè feliciter
correxit, ac alii legislatores legibus scriptis. Xeno-
phon *initio libri de Civitate Lacedemoniorum*: *Lycurgum*
admiror maximè & sapientissimum fuisse judico, Is enim al-
*lias irritatus civitates nullas, ac potius plurimis contrari-
am secutus rationem ad maximam felicitatem erexit patri-
am suam.* Respondeo enim (1) id valde rarum esse, &
præter exemplum Lycurgi aliud vix proferri posse.
Deinde et si forte intuitu Atheniensium diutius emen-
dati manserint Spartani in melius, (ut taceam, quibus
artibus non facile à Principe Christiano imitandis, Ly-
curgus usus sit in introducendis istis moribus novis,) nec tamen perpetuò hæc emendatio duravit. Ipse e-
nī Xenophon in fine libri illius prolixè ostendit,
quam recesserint Lacedemonii suo jam tempore ab
antiquis institutis. Porro longiorem disceptationem
requireret discussio, an reverā felicem efficerit Spar-
tanum legibus suis Lycurgus. Credo enim varia posse,
singula instituta Lycurgi percurrendo, afferri argu-
menta, quibus ostendatur, per leges istas, etiam si san-
ctissimè fuerint observatae, non potuisse populum Spar-
tanum ad veram felicitatem perduci, quæ in tran-
quillitate animi consistit, cum omnia disposita fuerint
à Lycurgo ad perpetuas fraudes & bellum cum aliis
populis finitimis, quare vel hoc solo argumento, si al-
lia infinita deessent, præferendæ sunt longissimè leges
Mosaicæ legibus Lycurgi. Exprobrat hoc Spartanis
in tragœdiâ Andromacha:

O

O maximè invisi omnibus mortalibus,
Spartæ coloni, corde semper perfida,
Mendaciorum p̄incipes, fraudis malæ
Exquisitores, flexiles, fani nihil,
Sed singularia animo agitantes omnia.

Conf. Camerar. *in not. ad d. libr. Xenoph. p. m. 483.*

§. XLIII.

De primo contentionis membro inter bonos mo- *Transitus ad*
res & bonas leges satis, pergo ad alterum, ad conten- *secundum col-*
tionem videlicet legum scriptarum cum malis mori- *titionis mem-*
bus, aut etiam in genere cum moribus quibuscunque, *brum. Prin-*
quos tollere nequeunt. Confundunt in hâc conten- *ceps si mores*
tione plerumque Interpretes Juris Romani non so- *per leges vult*
lum quæstionis juris & facti, sed & quæstionis justitiæ *tollere, debet*
cum quæstionibus prudentiæ. Docet experientia *evitare quos-*
multos casus esse, ubi leges scriptæ non possunt tolle- *damne vos.*

re mores, & ipsi querunt, an ad valorem legum scri-
ptarum de jure requiratur usus subditorum? Porro
etsi officium Principis primarium sit, tollere aut impe-
dire vitia per leges, non tamen sufficit, ut virtutis ortis
Princeps indistinctè leges scriptas promulgeat, sed ma-
xima prudentia opus est ad leges condeendas, quam
communiter negligunt JCti tanquam homines Scho-
lastici. Nam hucusque in Scholis & Academis puta-
tum fuit, prudentiam non posse doceri. Quod uti non
planè est inficiandum, ita tamen poterat & debebat do-
ceri evitatio imprudentiæ, si scholæ essent, uti maxi-
mè hoc titulo gloriantur seminaria Reipublicæ & Ec-
clesiæ, quid enim prodest Reipublicæ & Ecclesiæ, quæ
in Republicâ est, si juvenes discant scientias absque ma-

nudum ad prudentiam per ostensam evitatem imprudentiae. Est prudentia Legislatoria species prudentiae consultatoriae late sic dictae, ut ostendit Dn. Praeses l. i. c. i. *Jurispr. divin.* Etsi igitur philosophi neglexerint tradere regulas prudentiae consultatoriae (quia videlicet Aristoteles de Consiliis nihil scripsit, *vid. B. Jac. Thomas. Tab. ult. Philos. Pract.*) debebant tamen JCTI hanc nobilissimam prudentiae partem non negligere, utpote quorum potissimum etiam officium in consilendo consistit. Patet igitur cuilibet, quod si princeps imprudenter se gerat in legibus ferendis, quod & tum leges non possint obtinere effectum speratum, adeoque nec mirandum erit, si mores, quos tollere intendunt, tum non tollant, sed a moribus tollantur. Ergo ut intelligatur, qua ex ratione mores in hoc secundo contentionis genere triumphant de legibus scriptis, non inconveniens erit, si ostendamus, sed breviter, & non adhibitam eam diligentiam, quam haec quæstio postulat, quinam nævi communes sint legum scriptarum, quos evitare debet Legislator, si velit mores populi tollere cum efficacia.

§. XLIV.

Ne leges sunt plurime. Debent leges esse normæ secundum quas subditæ actiones suas instituant, ne per eas liberrimè institutas turbetur quies publica, aut Respublica alio modo damnum patiatur. Non igitur interest principis, ut in omnibus negotiis libertati subditorum normam & formam præscribat, sed in iis saltem, occasione quorum frequenter ac facile damnum sentire publica res potest. Nam de iis quæ semel aut bis fiunt leges constitui non oportet. At talia negotia non adeò multa sunt, quæ legibus habent

bent opus. Quare non solum indicium male consti-
tutæ Reipublicæ sunt plurimæ leges, sed & defensum
prudentiæ legislatoriæ per modo dicta arguit plurimas
leges condere. Adde quod amor subditorum minua-
tur, si vel minimas eorum actiones Princeps lege cir-
cumscribat, cum sic palpent, se non ut liberos homines
tractari, sed ut servos. Taceo, quod, quo plures sunt
leges, eò plures sint occasions, ut legum circum-
stantiæ collidantur, & ita per auctam fori discepatio-
nem dissensiones JCtorum, cum dissensionibus autem
legum incertitudo augeatur. Incertitudine autem le-
gum semel in rem publicam admissâ, faciliter mores,
quos Princeps ope legum extinguere volebat, sub ejus-
modi cavillatoriis legum interpretationibus se tueri po-
terunt. Ita paucas leges tulere Moses, si rituales exci-
pias,) Romulus, Decemviri, Draco, Lycurgus, Solon,
aliique prudentes Legislatores.

§. XLV.

Qui ægrotantes curant, operam dare solent, ne
quod externum ac visibile in morbo est, saltem aufe-
rant, sed etiam ut intrinsecam hominis constitutionem
& intemperiem sanguinis emendent. Aliás, si mor-
bus reprimitur quidem sed non causa morbi tollatur,
vitæ periculo sepe exponitur æger, morbo plerumque
majori cum violentiâ ac damno redeunte. Eadem
est ratio legislatoris, si saltem prohibeat effectus vitio-
rum non sublata causâ, id quidem efficere poterit legi-
bus scriptis, ut certa quædam vitii species omittatur,
sed mox in ejus locum substituantur mores adhuc pe-
jores prioribus. v. g. si lupanaria tollat non sublatis irri-
tamentis libidinis, subditi, cum scortationi adsuetæ o-
peram

*Ne leges ins-
tendant tol-
lere vitio-
rum effectus
sed radices.*

peram dare nequeant, studebunt adulteriis aliisque criminibus Veneris magis nefandæ. Hinc prudentissimi inter legislatores de recte formandis singulis domibus, de ordinandis videlicet matrimonii & liberorum educatione potissimum fuere solliciti, alias vero leges de contractibus testamentis aliisque negotiis ordinandis ferè neglexerunt, Vide quæ de Lycurgo jam *supra* §. 37. ex Plutarcho annotavimus. Eadem est sententia Platonis libro 4. de Republ. ubi postquam monuissest, legislatorem præprimis debere operam dare, ut liberi recte instituantur, tum subjungit f. m. 635. Dic per Deos, inquam, an negotia ipsa forensia mutuaque commercia & pacta in mechanicis artibus item convitia & verbera, dicarum sortitiones, constitutiones judicium, & si qua vel circa foros, vel portus aut imponenda aut exigenda sunt vestigalia, vel omnino forensia queque jura, vel urbana, vel portuum & reliqua id genus, an hæc, inquam, vel horum quicquam Legibus constituerem aggrediemur? Haud quaquam decet Viris bonis præclarisque precipere. Horum enim plurima qualia & quomodo statuenda sint, facile ipse reperient. Nimirum, ô amice, si Deus illis legum illarum, quas supra posuimus, salutem praesiterit. Si minus, ita vitam transfigent, ut multa ejusmodi legibus statuant, corrigantque semper & innovent, putantes, ita se quod est optimum, affecturos. Dicis nempe istos perinde viituros, ac illos, qui cum egrent, propter intemperantiam insalubrem viatum mutare nolunt. Sic prorsus. Enim vero ridiculo quedam modo isti in morbis perseverare, videntur, curationibusque suis nihil aliud affequuntur, quam quod magis varios magis rebementes morbos efficiunt, confidantque semper, si quis pharmaci agi consulat, bene se valituros. Omnia tales sunt ita laborantium morbi. Quid vero? nonne hoc in illis gratiosum? quod omnium inimicissimum cum putent, qui vera moner, dicitque non prius pharmaca, usiones, incisiones, incantationes, eavo quæ extrinsecus admoventur, aut ejusmodi aliqua profutura, quam definat quis ebrietati, voragini, veneti, orio indulgere? Haud admodum gratiosum istud. Nam indignari adversus

sus

fus cum, qui utilia consulit, gratiam habet nullam. Ergo Viros huiusmodi, ut videris, nequaquam probas. Minime per Jovem. Neque etiam si civitas tota id agat, quod modo dicebamus, laudabile. An non idem quod isti facere tibi civitates videntur, quecumque mala instituta, civibus interdicunt, ne totum ipsum reip. statum moveant, alioquin capite damnentur, quicunque res innovant? Contra quisquis ita Remp. administrantes colat, itaque gratificetur, & obreparat, eorumque voluntati affeatur, & morem gerat, hic denum bonus Vir erit, hic in rebus maximis sapiens, hic honore ab illis afficietur. Idem prorsus facere mibi videntur, neque ullo patto laudo. Quid autem? nonne eorum fortitudinem propensioremque affectum miraris, qui has civitates curare contendunt. Admiror equidem, his exceptis, qui ab ipsis falluntur, purisque revera civiles esse, quod vulgo laudentur. Quid ait? Annon ipsis ignoscis? Num existimas eum, qui metiendi sit ignorans, si quando careri multi tales quadrigubitum esse cum praedicent, effugere posse quin & ipse de se idem existimet? Non istud quidem. Ne igitur agre feras. Sunt enim hi quidem omnium maximè ridiculi, qui leges ferunt in his qua diximus, emendantque semper, confidentes se finem aliquem repertos circa ea, quæ inique in commercio commituntur, & circa illa qua ego poulo ante dicebam, ignorantes, se revera tanquam hydram secare. Certè nihil aliud faciunt. Equidem speciem hanc institutionam circa leges ac respubl. arbitror verum conditorem legum, neque in mala disposita, neque in bene constituta rep. tractare: in illa quidem, quoniam iniurilia sunt huiusmodi instituta, neque quicquam proficiunt: in hac autem, quia parim quicunque reperier, partim suape natura ex superioribus studiis proficiuntur. Nemo omnium autem prudentius hoc negotiam aggressus est, quam Moses, cuius leges ita sunt simplices & aperte dispositæ, ut neque gula, neque Venus, nequa ira, neque fraudulentia & cupiditas fundandi irritetur, ut vel ex hoc capite mereantur legibus omnibus aliis præferti, ac præstaret, ut loco tot inutilium commentationum in libros Mosaicos, vir quidam eruditus ostenderet, regulas, omnes prudentiæ

titia legislatoriæ in legibus Mosaicis fuisse exactè observatas. Nam qui cum Riccio à Besoldo *op. Polit. lib. 6. p. 134.* citato mysticum quendam sensum in legibus Mosaicis querunt, secundum quem eadem adhuc hodie usum habeant, ii præfecto prudentiam juris sequuntur quidlibet ex quolibet excuspedi, omnemque rem, exceptâ solâ veritate, in re omni inveniendi, quæ per tot secula in scholis cum satis impertinenter regnaverit, jam incipiet haud gravatim doctrinis senioribus discessione suâ locum facere.

§. XLVI.

Ne confundant officium docentis, cum jure Principis. Præterea, ut recte nota vixit Aristoteles *lib. X. ad Nicom. cap. 10.* ea, quæ moribus radicata sunt, oratione minime aut certè vix tolli possunt. Igitur Legislator vitiosos homines non ratiocinatione, cui non aufulant, sed terrore pœnarum movere intendit, ut, quia non virtutis amore id faciunt, salem formidine pœnæ peccare oderint. Et in eo differt Doctoris & Legislatoris officium, quod prior hortetur ac suadeat, ac bonos è malis efficere & animum emendare intendat, hic autem contentus sit pœnis malos coercere, illisque metum incutere. Ergo leges imperfectæ dicuntur, quæ clausulâ pœnali destituuntur, &c. plerumque frustraneæ sunt. Quare &c sapientissimi ex Legislatoribus breviter voluntatem suam in legibus declararunt sub comminatione vindictæ, si aliter fiat, à ratiocinatione autem prolixâ tanquam ad officium legis, quod in cogendo consistit, impertinente abstinerunt. Exemplo sicut iterum leges Mosaicæ, Draconis, Lycurgi, Sotionis, Romuli, Decemvirales &c. Pulcrè Seneca *Epist. 94. Leges,* inquit, ut (spontè) factamus,

quod

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO.

59

quod oportet, non efficiunt, & quid aliud sunt, quam
minis mixta precepta? Primum omnium ob hoc ille non per-
suadent, quia minantur; at hec non cogunt sed exorant.
Deinde leges à sceleris deterrent: precepta in officium adhor-
tantur. His adjice, quod secundum Posidonium. Hanc
enim non esse sententiam Senecæ ipsius sequentia do-
cent leges quoque proficiunt ad bonos mores, utique si non
tantum imperant sed docent. In hac re dissentio à Posido-
nio. Non (eriam) probo, quod Platōpis legibus adjecta
principia sunt: (vid. Platon. lib. 5. de Legibus ibique Mar-
sil. Ficinum in fine argumenti.) Legem enim brevem esse
oportet, quod facilius ab imperiis teneatur, velut emissâ di-
vinus vox sit. Jubeat, non disputet. Nihil videtur mibi
frigidius, nihil ineptius, quam lex cum prologo. Mone, dic,
quid me velis fecisse. Non disco, sed pareo.

§. XLVII.

Solent etiam Medici, si videant, morbum ægroti No aggredi-
corpus & sanguinem ita infecisse, ut absque periculo anur vitia
mortis non ejici possint humores peccantes, loco me- nimis radica-
dicamentorum expellentium delinientia dare, atque tas scriptis le-
dieta potius quam medicamentis rem aggredi. Par- gibus ejicere.
ter prudens legislator, si videat ita adulata esse vitia &
radicata, ut absque interitu Reipublicæ ea loco mo-
vere nequeat, leges contra ejusmodi corruptos mores
non fert, sed vel terminos saltē ponit, ne malum la-
tius serpat, vel plane etiam dissimulat totum negotium
& correctionem & emendationem providentia divi-
næ relinquit. Illustrè hujus rei exemplum suppeditat
Tacitus III. Ann. 52. seqq. de tentatâ frustrâ ab Aedilibus
per leges sumtuarias luxus coercitione, & consilio e-
am in rem Tiberii, qui, quam sceleratus alias & luxu-

H 2

rio-



60 DISSERT. JURIS PUBL. MORUM

riosus ipse fuerit, in hoc tamen negotio officium Principis prudentis implevit. Pensavit enim sep̄e, an coerceri tam profuse cupidines possent; num exercitio plus danni in Rempublieam ferret; quam indecorum, adrectares, quod non obtinetur; vel retentum ignominiam & infamiam virorum illustrium posceret. His autem omnibus exacte trutinatis literas postea ad Senatum dedit, quibus illud propositum dissuasit, quae uti integrè merentur legi ab iis qui doctrinæ civili dant operam, ita saltem potissima exinde excerpemus.

Quod si mecum ante viri strenui Aediles consilium habuissent; nescio an suasturus fuerim omittere potius prævalida & adulta vitia, quam hoc adsequi, ut palam fieret, quibus flagitiis impares essemus. Sed illi quidem officio functi sunt, ut ceteros quoque Magistratus sua munera implere velim: mibi autem neque honestum silere, neque proloquè expeditum, quia non Aedilius aut Praetoris aut Consilio partes sustineo: majus aliquid & excelsius à Principe postulatur; & cum rectè factorum sibi quisque gratiam trahant, unius invidia ab omnibus peccatur. Et iterum: Tot & majoribus repertæ leges, tot, quas divus Angustus tulit; illa oblivione, ha (quod flagitosius est) contemtu abolite, securiorem luxum fecere. Nam sive lis, quod nondum veritum est; timeas, ne votere: at si prohibita impunè transcendenter; neque meritis ultra neque pudor est. Cur ergo optimè parcimonia pollicebat? quia sibi quicunque moderabatur: quia unius urbis cives eramus: ne irritamenta quidem eadem, intra Italiam dominantibus. Externis vitoris aliena, civilibus etiam nostra confusione didicimus. Denique: Si quis ex magistratibus tantam industriam ac severitatem pollicetur, ut ire obviam queat; hunc & laudo & exonerari laborum meorum partem fatcor. Sin accusare vitia volunt, dein cum gloriam ejus rei adepti sunt, similitates faciunt ac mihi relinquent; Credito me quoque non esse offensionum avidum; quas cum graves & plerunque iniquas pro Rep. suscipiam, imanes & invictas, neque mihi aut vobis usui futuras, jure deprecor. Plura eam in rem vide apud Plinium Hist. nat. lib. 10. c. 50. & l. 32. e. 11. Alexandrum ab Alexandro Dier, Genial. lib. 3. c.

sr. p. 685. seq. Fostnerum *ad d. l. Taciti p. 306. seq.* Quod si forte Tiberius te ac Tacitus terreat, quod eorum subinde in eorum scriptis, qui falsam honestatem affectant, non optima fiat mentio, cape exemplum ex legibus Mosaicis, ubi Deus ipse docuit, prudentius esse, Judæis ob duritatem cordis permittere polygamiam & divorcia, (indicia sanè morum non leviter corruptiorum,) quam legibus contra lati libidines & iras populi magis excitare, quam supprimere.

§. XLIX.

Quid ergo, inquieris, an igitur leges planè nullum habebunt usum? Si mores boni sunt, nil legibus opus, si mali, nil leges prosunt. Imò invertor. Si mores boni sunt, cavendum, ne mali frant, & si mali incipiunt fieri, aut nondum malitia nimis altas vires sumvit, tum leges efficaciam suam validè exercere possunt. Adul-
 tis vitiis autem et si principis officium, non per le-
 ges intempestivè latas se exerere possit, non
 tamen propterea est planè nullum. Virtus non simul, ac
 uno momento vires nimias sumunt, sed pedentim
 crescunt, ut omnes alii mores. Nihil tam naturale
 est, quam ut aliquid eodem modo decrescat, quo in-
 crementa sumvit. Pedentim boni mores introducen-
 di sunt, sed ad hoc exemplo opus est. Nullum vero e-
 xemplum hic efficacius, quam ipsius Principis, ut ad
 quod omnes subditi suos mores etiam componunt, non
 ita promptè quidem, fateor, si bonum sit regis exem-
 plum, quam si malum, interim tamen nec italentè,
 quam si sine exemplo princeps per solas leges velit re-
 primere mores corrupros. Sensit hoc Tiberi-
 us, & cum ipse deprehenderet, se pariter ac patres in

*Sed exemplo
principis prae-
ant, tum le-
ges adju-
mentis loco
adhibeant.*

H 3 luxu

luxu immersum esse, prudenter à lege abstinuit, Quod si ramen & à luxu planè alienus fuisset Tiberius, prudentius fecisset, si Patres Reipublicæ Romanæ exemplo prius ab excessu revocasset paulatim ad mediocritatem, quam si statim legem summiarium tulisset. Id certum: Ubi nullum exemplum Principis adest, ibi frustra feruntur leges: At in universum non verum est, leges prudenter ferri sicubi princeps exemplo suo legibus præcurrat. Si principis exemplo potentiores in Republica in ordinem redacti sint, tum legum succurrentium est magna efficacia. Si mox Princeps incipiat & leges & exemplum suum conjungere, nimia violentia est, at nullum violentium diuturnum, & prohibitio rei subitanæ irritat subditos, ut eō fortius contranitantur.

§. XLIX.

Vidimus haec ten^o causas quasdam palpabiles, cur leges non possint tollere mores vitiosos, neque dubitamus, plures alias recenseri posse idem efficientes. Sed sufficiant istæ speciminis loco. Interim, quæ haec tenus diximus, satis indicant, quod non solum possibile sit, ut, quod tertium erat collisionis membrū inter mores & leges, mores post legem latam orientes tollant legem scriptam a te latam, sed & simul causas monstrent, cur mali etiam mores possint tollere leges bonas. Si enim legis non semper ea est efficacia, cum præfens est & adhuc nova principis voluntas, ut mores possit tollere, faciliter concipitur, quod mores subsequentes possint antiquare legem antè aliquot annos latam. Idque multis modis fieri potest, puta si legislator, qui pravis moribus & adversis legi antecessoris est prædictus, succedat, & exem-

plo

Tertium
membrum
collisionis.
Mores pos-
sunt leges
scriptas abro-
gare, etiam
mali bonas.

pto suo illos in subditis rursus exciret; si, qui lege no-
tati erant, potentiores evadant in republīcā, ut amplius
coerceri nequeant; si nimia violentia initio statim mo-
res per legem fuerint, suppressi, si ratio aliqua particula-
ris cesset, ob quam princeps mores communes lege co-
ercuerit, puta metus annonæ, aut tumultus, item tem-
pora belli &c. & in genere, si status Reipublicæ muta-
tus fuerit, quod infinitis modis accidere potest. In his ca-
sibus eti⁹ nunquam lex scripta fuerit contraria lege ab-
rogata, imo eti⁹ vel decies imperitē repetita fuerit, (si
enim imprudentia in primā legum latione poterit com-
mitti, cur non eadē etiam posset subesse in repetitio-
ne,) omnies tamen lippi & tonsores in Republicā palpa-
bunt, leges scriptas esse sublatas per mores contrarios,
tantum abest, ut JCrus, id est homo prudens de eo du-
bitare possit, an possibile sit, ut mores possint legem
scriptam tollere.

§. L.

Sed faciunt tamen doctrinæ falsæ longissimo usū *Nec obstat*,
in Scholis pro veris habitā, ut etiam præstantissimi JCti voluntarem
iis seducti vel in re planā hæsident, vel etiam veras do- *principiis ex-*
ctrinas, ut potè non connectandas cum receptis dog- *pressam præ-*
matibus, ut falsas rejiciant. Talia autem praju- *ferendam esse*
dicia erronea multa in doctrinā de consuetudine rece- *tacite.*
pta esse docuit Dr. *Praeses in disert. de jure consuet.* &
obseru. Ita cum doceri solet, leges scriptas valere ex
voluntate principis expressā, consuetudinem autem ex
tacitā principis voluntate, suā sponte ex illā doctrinā
fluit, quod nec consuerudo possit ullo modo subsistere
contra legem scriptam, nec hancabrogare, cum ca-
non iste sit evidens, quod frustrā queratur de hominis

&

& ita etiam de principis voluntate tacitâ, quoties constet de contrariâ ejus voluntate expressâ. Referri etiam solet inter requisita consuetudinis communia, ut sit rationabilis. At quomodo rationabilis esse potest, quæ legi scriptæ non vult cedere, aut eam vult tollere? Ergo non poterunt ex ipsis principiis fieri, quæ quotidiè tamen fiunt. Videant quomodo per distinctiunculas ex his tricis se explicent, qui assertis illis adhuc utuntur. Nobis enim per illa nullum oritur dubium, ut qui scimus, consuetudines etiam in republicâ Monarchicâ non valere ex tacito principis consensu speciali, & inane esse requisitum consuetudinis, quod debeat esse rationabilis. *Vid. Dn. Praesid. differ. cit. §. 36.72. seq. 107.*

§. LI.

*Morestollunt
etiam leges
clausulâ, ne
unquam ab-
rogentur,
munitas.*

Sive igitur lex scripta destituta sit illâ clausulâ, quod abrogari non possit, sive eâdem sit munita, perinde tamen solletur utrobius à consuetudine contraria. Si enim clausula ista legibus quandoque addi solita non habet istam efficaciam, ut eo firmius tollatur consuetudo præterita vel præsens, multò minus eam habebit efficaciam, ut tollat mores futuros. At si quis causas suprà dictas perpendat, quibus positis legem scriptam non posse tollere mores contrarios ostendimus, deprehendet, quod v. g. lex sumptuaria non majorem efficaciam sit habitura, etiam si Legislator apponi curset, ut nunquam lex abrogari debeat, si vitium luxus altas radices egerit, aut si externa vitorum princeps lege velit ejicere ex Republicâ non sublatis principiis. Nec movent in contrarium ea, quæ in hac questione differuit JCtus Illustris Sect. 1. tb. 10. Valere, ait, consuetudinem, que post legem derogatoriam introducitur

cum

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO.

65

cum Rauchbaro afferit Richter 2. Dec. 53. n. 144. Nos subse-
stimus, nam ubi Regnum vel Aristocracia aut etiam popularis
status obtinet, potestas ferendarum legum penes singulos è po-
pulo non est. Nam Respondemus: consuetudinem
etiam esse legem impropriè & tribuere sicutem jus im-
punitatis & licentiae, (Dn. Praes d. Dissert. §. 37. seq. item
§. 76.) & tons dubii ex communi errore est, consue-
tudinem referente ad legum propriè dictarum species.
Quod vero sequitur: *auctus legibus contrarios puniri de-
bere, non jus inducere*, regulariter quidem obtinet, nisi
princeps imprudenter leges poenales tulerit, aut nisi a-
liæ rationes suadeant, ut princeps poenam differat, aut
remittat. Pérgit: *Nec est quod dicas, hâc ratione consuetu-
dini nullas in legibus abrogandis partes relictum iri.* Et-
enim leges non omnes ita difficiè precipiunt, (cum clau-
sula videlicet, ne abrogentur,) sed quedam feruntur eis-
ne ut arbitrii varietas excludatur. In his igitur consuetu-
dib[us] via suam exercit, quoniam parum interest summi impe-
rantis, modo populus certam & constantem negotiorum for-
man habeat. Hic fateor, me non intelligere, quæ de
singulari hâc legum specie dicuntur, & desiderare ex-
empla, quibus res illa mihi certè obscura declaretur.
Id tamen video, qualesunque deum sint illæ leges,
quas solas consuetudo possit abrogare, isti consuetudi-
ni etiam opponi posse ea quæ Vir Illustris opposuerat
Richtero, scilicet: in Republicad penes singulos è po-
pulo non esse potestatem ferendarum legum, & auctus
legibus contrarios vel puniri debere vel effectu juris
destitui, non jus inducere. Altera responsio: Deinde
consuetudo operatur, ubi lex aut legis ratio non est contra-
ria, concedit tacitè, quod consuetudo legem abroga-
tur.

re

re non possit, quod tamen eam posse & leges & JCTi
& ratio dictant.

§. LII.

*Lex scripta
etiam solo
non usu tolli
potest.*

Imo porro tollet legis scriptæ efficaciam & obligationem non solum contraria consuetudo, sed & de-suetudo seu non usus. Probavit id jam Dn. Præses d. disserr. de Jure consuet. §. 10. Adde, quod ille qui legem sibi fingit, quæ longissimo tempore non habuit usum, legem sibi fingit nullius usus. At lex nullius usus & lex non lex in doctrinâ civili videntur esse synonyma. Scio quidem, dissentire interpres juris Romani ferè omnes, sed scio, nullam rationem ab iis afferri, imò nullam legem. Sola autoritas hic obtenditur, Doctorum & numero & sono nominum terrorem incutientium, sed incautis. Ita enim communiter. Si civitas per mille annos non uteretur lege scriptâ, quia fortè non eveniret casus, non tamen tolleretur lex, quia requiritur ad tollendam legem usus contrarius, non solus non usus. Cur vero? quia ita docuerunt Bartolus, Jason, Oldradus, Felinus, Alexander, Decius, Natta, Farinacius, Curtius junior, Guido Papa, Rolandus à Valle, Paris de Puteo, Tiberius Decianus, Molinæus, Cravetta, Antonius Sola, Mascardus, Beroius, Carolus Tapia, Rosenthal, Paulus Fuscus, Knichen, Salazar, Monaldus, Stephanus Gratianus, Fredericus Prückmannus, Andreas Gailius, Thomingius, Marcus Antonius de Amaris, Ernestus Cothmannus. *Vid. Reink. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 9. n. 22. Jac. Schultes quæst. 69. n. 66.* Vides: unus aliquis ex Glossatoribus ita canere incepit, cecinerunt ita post hunc præcentorem reliqui omnes. Nos autoritatibus his

his omnibus opponimus non nostram autoritatem, quæ nulla est, sed rationem, cuius quamvis sit apud plerosque autoritas nulla, est tamen ejus apud nos, & alios paucos, maxima. Et consolationi nobis aliquo modo fuit, quod inter illa nomina Jacobo Schultesio adducta, non deprehenderimus nomina JCtorum elegantioris doétrinæ, Hotomannorum, Alciatorum, Cujaciorum, Balduinorum, Duarenorum, Contiorum &c. Quæsivi insuper, an unicam reperire possem rationem, quæ pro stabilienda illa sententiâ adversâ faceret. Nihil aliud autem deprehendi, quam quod Feltmannus de juram. perborrescent. c. 15. n. 9. & seq. (conf. eund. adl. 32. §. 1. ff. d. LL.) ex Jasone istud afferat. Non usu solo quidem prescribi servitutes, sed legem non posse perire eodem modo ut servitutem, quia allegatio juris publici sit res meræ facultatis. Egregia & objec̄tio & responsio, & non alia annotatione digna, quam ut optemus talibus, qui flosculis ejusmodi delectantur, ut voti fiant compotes & in perpetuâ servitute doctrinarum barbararum antiquorum Glossatorum manent.

§. LIII.

De gustibus enim non est disputandum, cum si miles querant labra lactucas. Nec nobis adeò vitio Legum per
mores muta-
vertendum, si nobis lapiant fercula condimenti alteri- tarum ex. ma.
us. Ex dictis enim hactenus illustrari possunt notabilia duo ex
duo exempla, quæ subministrat Plinius junior, quæ ta- Plinio. Pri-
men simul ea quæ à nobis adducta sunt lumine mutuo mum.
illustrant. Prius extat lib. 4. Epist. 9. Accusatus erat
Julius Bassus à Bithyniensibus de crimine repetundarum, fuerat enim quæstor in eâ provincia. Ipse ut
homo simplex & incautus fassus erat multis & ipsi Prin-

cipi, quod munuscula accepisset natali suo aut Saturnalibus. Hæc accusatores furta ac rapinas vocabant. Et lex Aelia quoque munera accipi vetabat. *Consuit Bæbius Macer, Consul designatus, lege repetundarum Bassum teneri : Cæpio Hispo, salvâ dignitate judices dandos. Utterque rellè. Qui fieri potest, inquis, cum tam diversa censuerint? quia scilicet & Macro, legem intueri, consentaneum fuit, damnare eum, qui contra legem munera acceperat; & Cepio, cum putaret licere Senatui, sicut licet, & mitigare leges & intendere, non sine ratione veniam dedit FACTO, VETITO QUIDEM, NON TAMEN INUSITATO.* Prævaluit sententia Cepionis: quinimum consurgenti ei ad censendum, acclamatum est, quod solet residentibus. Ex quo potes afflmare, quanto consensit exceptum, cum dicere, quod tam favorable fuit, cum dicturus videtur. Sunt tamen ut in Senatu, ita in civitate, in duas partes hominum judicia divisa. Nam quibus sententia Cepionis placuit, sententiam Macri ut duram rigidamque reprehendunt: quibus Macri, illam alteram dissolutam atque etiam incongruentem vocant. Negant enim congruens esse, retinere in Senatu, cui judices dederis. Et mox Missò Senatu Bassus magnâ hominum frequentiâ, magno clamore, magno gudio exceptus est. Vides ut puto hîc mores legi contrarios si non totum legis effectum, ex magnâ tamen parte eum sustulisse. Cur verò non totum? Quia scilicet non erant mores universales, sed quorundam saltem, quia mores ipsi non intendebant totam legem tollere, sed particulam ejus de munusculis.

§. LIV.

Alterum exemplum est lib. 10. Epist. 15. ad Trajanum: *Lege, Domine, Pompeiâ permisum Bithynicis Civitatibus adscribere sibi quos vellent cives, dum civitatis non sint aliena, sed suarum quisque civitatum que sunt in Bithyniâ. Eadem lege sancitur, quibus de causa è Senatu à Censoribus ejiciantur: inter quas nihil de cive alieno cavitur. Inde me quidam ex Censoribus consulendum putaverunt, an ejicere deberent eum, qui esset alterius civitatis. Ego, quia lex sicne adscribi civem alienum vetabat, ita ejici è Senatu, ob hanc causam non*

non jubebat; præterea quia ab aliquibus affirmabatur mihi, in omni civitate plurimos esse balevras ex aliis civitatibus, futurumque ut multi homines multaque civitates concenserent ea parte LEGIS, QVÆ JAM PRIDEM CONSENSU QVODAM EXOLEVISSET; necessarium existimavi consulere Té, quid servandum putares. Capita legis his litteris subiecti. Respondit Trajanus Epist. 16. Meritò hæsiisti, Secunde charissime, quid à te rescribi oportet Censoribus, consilientibus, an legerent in Senatum aliarum civitatum, ejusdem tamen provincie, cives. Nam & legis autoritas, & LONGA CONSUELUDO USURPATA CONTRA LEGEM, in diversum movere te potuit. Mibi hoc temperamentum ejus placuit, ut ex præterito nihil novaremus, sed MANERENT, QVAMVIS CONTRA LEGEM ADSCITI QVARUMCUNQVE CIVITATUM CIVES; in futurum autem lex Pompeja observaretur: cuius vim si retro quoque velimus custodire, multa necesse est perturbari. Sentio quidem facile, plerosque fore in eâ opinione, ac si hoc exemplum nostram sententiam magis oppugnet, quam adjuvet. Quid enim, dicent, annon sentis, mores legi adversos legem tollere non potuisse, quia Trajanus mores illos improbavit? At, in quam ego, si accuratè sententiam Trajani adspicies, deprehendes potius, mores sustulisse legem, quia Trajanus non irritos redidit eosdem, sed mores hos iterum novâ lege à Trajano fuisse sublatos, an ob utilitatem publicam, an ob amorem Pliniî, hic non locus est disquirere.

§. LV.

Restat, ut videamus quem usum dicta habeant in-
tuitu juris Germanici, sed paucis iterum & quasi per indicem. De priscis Germanis sic inter alia Tacitus Germ. c. 19. Numerum liberorum finire aut quenquam ex a-
gnatis (lego: gnatis. Ita in simili His. V. c. 5. ubi Ta-

*Applicatio di-
ctorum ad
Germanos.
Apud hos ferè
perpetuò plus
valuerunt mo-
res, quam le-
ges scripta.*

citus de Judæis; Nam & necare quenquam ex agnatis nefas, pro agnatis legendum esse gnatis jam observavit post Lipsium Seldenus de Jure Naturæ secundum discipl. Hebr. lib. 4, c. 1, p. 480, conf. cund. l. 7, c. 9, p. 875.) necare flagitium habetur, PLUS QVÆ IBI BONI MORES VALENT, QUAM ALIBI BONÆ LEGES. Et paulò post c. 26, Fenius agitare, & in usuras extendere ignotum: ideoque MAGIS SERVATUR, QUAM SI VETITUM ESSET. Et hoc velut in opprobrium Romanorum commemoravit Tacitus, apud quos legum operosissimè scriptarum numerus jam in immensum creverat. Quare & ex Taciti descriptione Consuetudines veterum Germanorum in moribus & institutis generalibus per certos titulos colligit, ac in principio consuetudinum Imperialium f. 5. exhibuit Melchior Goldastus. Et sanè constat, ante seculum quintum vestigium legum Germanicarum scriptarum non extare, & quæ postea fecutæ sunt, maximam partem pristinas consuetudines repetuisse. Ac quemadmodum supra notavimus §. 8. 9. & 16. antiquissimas leges non scriptas cantoris fuisse comprehensas, sic & idem à Germanis olim fuisse usurpatum præter alias multas rationes & id probat, quod & hodiènum singuli vericuli cantionum vocentur leges, Gesæge. Eadem ratio fuit jurium medii ævi, Speculi putat Saxonici atque Suevici, nam & illa præter constitutiones aliquas Cæsarum, consuetudines ex bono & æquo ac interpretationes prudentum pridem observatas comprehendebant. Ad recentiora tempora autem si decurramus, videbimus similiter in multis veluti per manus traditum jus in foris & dicasteriis principum superfluisse. Hinc toties in Constitutionibus etiam novissimè latis
no.

nominantur, die alte Gebräuche / ländliche Sitten und Herkommen / & secundum illorum tenorem in decisione causarum etiam supremi Tribunalis Assessores pronuntiare jubentur. *Ord. Cam. P. I. t. 57. §. 1. & R. I. 1654. §. 105.* Constat igitur ex his, tenaces semper fuisse Germanos morum atq; usum à majoribus suis acceptorum tam in iuribus, definiendis causis privatorū inservientib⁹, quām in his quoque, quæ ad formam regiminis publici ejusque administrationem pertinent. Atque hoc ipsum est, quod temporis progresu des Reichs Herkommen cœpit appellari. *Culpisius de observ. Imperiali tb. 8. & 9. Grypbiander de Weicbbildis t. 37. Conring. de Orig. Jur. Germ. per integr. unde Gallus quidam, rerum Germanicarum studiosus, cum in Recesibus Imperii, & in vetustis pactis sœpè ad has consuetudines provocari videret, putavit esse singulare jus quoddam in Germaniâ, quod *Harcomman* diceretur, vel, ut alii narrant, esse celebrem Jure-consultum verustum, qui *Hercommandus* vocaretur. Confer Schottelium in præfatione ad tractatum de singularibus quibusdam & antiquis in Germaniâ iuribus.*

§. LVI.

In recensendis autem speciminiibus ejusmodi con-suetudinum Germaniae nobis otium fecit Culpisius, ex *Afferti hujus exempla,* cuius adeo citatà dissertatione §. 16. & seq. saltem indicem apponemus. Igitur huc pertinent decisiones quæstionum Feudalium ex epistola Sigismundi anno 1434. scriptâ, definitio causarum criminalium ex præfatione Ordin. Crimin. Carol. V. actiones ex pacto nudo, dispositions de successione in pactis dotalibus, jus retractus, stilus curiæ in processibus, quod in electione Imperatoris Germanus fuerit electus, (quod legi cuidam scri-

scriptæ falso tribui prolixè ostendit,) quod nonnisi ex familiâ illustri natus in Imperatorem eligi possit, quod electio Imperatoris Francofurti, coronatio Aquisgrani, prima curia Noribergæ institui debeant, jus primaria-rum precum Imperatori competens, jus eligendi Imperatorem Electoribus proprium, officia publica regni, Cancellariatus, Pincernatus, Dapiferatus, &c. Superioritas Statuum Territorialis & ei cohærentia jura, ut teloniorum, collectarum, reformandi, &c. jus fessi-onis & suffragii comitialis ante impetratam investitu-ram, exemptio ab onere contributionum ad bellum Turcicum, jura illa, quæ communiter reservata Impe-ratoris appellantur, & alia plura.

§. LVII.

(Officia Au-lica Germa-norum jam Herodoti tempore u-sitata.)

Obiter hic noto, officia publica & Aulica Electro-rum à vetustâ quidem consuetudine jam ab aliis scri-ptoribus fuisse deducta, (vide Thulemarii Octoviratum cap. 20.) nescio tamen an quisquam tam audax fuerit, ut originem eorum à temporibus Herodoti, antiquissimi scriptoris deduxerit. Tentabimus tamen. Notum est, Scytarum nomen antiquis tam latè usurpari, ut etiam Germani sub eo comprehendantur. De Scytis autem referri Herodotus lib. 4. Histor. ferè circa medium quod soliti fuerint in solennitatibus, quibus sepulturas Reguin suorum honorabant, simul cum Rege sepelire, τὸν ὄνοχόον, καὶ μάρτυρν, καὶ ιπποκόμον, καὶ γελινφόρην, seu, ut Laurentius Valla interpretatur, eum qui vinum miscebat, & cocum, & equisone, & mi-nistrum, & eum, qui erat à mintuis. Habis hic diserte Pinternam, Dapiferum, Mareschallum: Per ministrum quo minus eum intelligas, qui hodiè Camerarius dicitur, nr. hil

hil vetat, cnm Camerariorum ministerium sit ad personam regum & principum arctissimè alligatum. In locum autem ejus, qui intuitu Regis Scytharum dicitur ei fuisse à nuntiis, videtur successu temporis, & ubi literarum usus esse incepit, successisse *Cancellarius*. Conspirat etiam ordo quo Herodotus ea officia recenset. Nam primus etiam inter Electores est *Arhipincerna*, quem Archidapifer sequitur, hunc *Archimareschallus* & postea *Archicamerarius*. In solo Archicancellario dubium hæret, qui in Germania reliquos omnes præcedit, apud Scythes autem Nuncius, quem diximus huic respondere, est ultimus. Sed & huic dubio facilè posses occurrere, si dicas, eum ex ultimo in primum locum fuisse evectum, postquam in Germaniâ Clerici, qui termini instar neimini cedunt, officium hoc sibi vindicaverint. Verum de hac observatione salvum sit Lectori judicium. Jam iterum in viam.

§. LIX.

Gavisa est autem Germania plenè hâc felicitate, *Bonos hos* ut moribus suis uteretur solis, donec per introductio- *mores tolle-*
nem legum scriptarum omnia turbarentur, *re voluerunt* Sunt au- *leges scriptæ*
tem illæ duplicis generis, quarum videlicet adhucdum *non bona*.
Doctores creamus in Academiis, Canonicum seu Pon-
tificium, & Civile seu Justinianeum. Rem ab aliis pro-
lixius actam non agam, hoc est, non exponam, quâ occa-
sione, quo tempore, quo fructu utrumque jus in
Germaniam sit introductum. Videantur *Conring. de orig. Jur. Germ. cap. 26. seq. Conradus Sincerus de German. leg. vet. atque juris Romani in Republ. nostr. orig. & autorit.* Id saltem ostendam, in hoc singulare quid esse ob-
servandum, quod cum in aliis Rebuspublicis bona leges
intendere soleant, tollere pravos mores, Germania hâc

K

in-

infelicitate laboraverit, quod pravæ leges intenderint tollere bonos mores, & Pontifex ac Clerus Pontificius inter alia consilia turbandi pacem Germaniæ istud inter præcipua adhibuerint, ut moribus Germanorum probis ejectis introducerent jus impium, incertum, atque impertinens. Quamvis autem per divinam gratiam pravum istud consilium non omnino bonos mores tollere potuerit, sed eorum multi adhuc hodienum vi-geant, id tamen assecuti certè sunt, ut maxima incer-
titudo ex juris mixtura illa sit orta, & ut eruditæ mini-
mum mores patrios ignorant,

§. LIX.

Probatur, leges scriptas in Germaniam introductas esse pejores moribus antiquis. Evidem non diffiteor fuisse in moribus Germanorum nonnulla, quæ emendationem desideraverint, sed pauca fuerunt illa, & vix præter duella judicialia & purgationes vulgares per terrum candens, aquam fer-ventem & frigidam quicquam moribus Germanorum opponi poterit. Non, tamen hæc fuerunt, quæ Clerum Pontificium moverent, ut alias & suas leges introducerent, cum facilè ex historiis ostendi possit, ipsum Clerum istos ritus injustos & superstitiones si non introduxisse, certè valde tovisse. Id urebat Clerum, quod in scriptis moribus Germaniæ nonnulla legerentur, quæ autoritatí Clericali apertè detraherent, & quod tanta esset autoritas horum morum, ut Juri Pontificio cedere nollent. *vid. Conring, d. tract. c. 31, p. 192. seq.* Et revera si quis consideret, quanta impietas, superstitione, fraude, libido litigandi, quantus fastus impertinens, quam ineptiens persuasio hominum indoctrinorum de eruditio-ne solidâ ac eminenti, quanta pallatio omnium scelerum sub nomine justitiae ubique per illud jus Canonicum, & suo modo etiam per jus Justinianum sint in-
tro-

tracta, is sentiet, quod emendatio morum Germaniae per hoc jus utrumque sit similis curæ, quâ Medicus quispiam imperitus fortè uteretur, si laboranti dolore dentium tale medicamentum præberet, quod dentium quidem dolorem sifteret, sed inficeret hominem lue venereâ.

§. LX.

Nolim tamen, in describendo morbo, quo labo. *Taxatio in-*
ramus in Germania illo medio termino uti, quem à mul-
tis viris, piis quidem, sed non magnopere prudenti-
bus, sæpius afferri observavi. Causam corruptæ Juris
prudentiæ esse, quod utamur legibus Ethnicis Ulpia-
cis, cum debe-
ni, Pauli, Diocletiaai etc. Utendum esse legibus divi-
sant uti Chri-
nis & Christianis. Postularet hic error integrum dis-
sertationem, jam cum scopus noster id non admittat,
paucissimis eum detegemus. 1. Leges coercent ho-
rmines improbos, dirigunt contractus civium &c. Qua-
re æque imperium est leges dividere in Ethnicas &
Christianas, quan si quis delicta dicat esse vel Christiana,
vel Ethnicæ, aut contractus velit esse vel civiles vel
Evangelicos, aut denique caseos & calceos Christianos
Ethnicis præferat. 2. Ita objectione maxime Cle-
rurus Pontificius usus est, dum vel mores populorum
bonos vel etiam Jus Justinianenm ejicere, & loco ejus
jus Canonicum introducere voluit. Et videant, qui
bis hodiè idem monitum inculcatur, annon, qui id
dant, æquè ut Clerus Romanus intendant, ut soli im-
perent. 3. In Legibus Gentilium sunt multa bona. Le-
ge Leges Romuli & Græcorum Legislatorum & depre-
hendes. Imò lege ipsas leges Ulpiani, Pauli, Diocle-
tiani &c, & deprehendes. 4. Lege Mosaica forensi
quidem nulla est præstantior & prudentior, sed uti va-

riis ex rationibus impossibile est, ut ea tota introducatur, stultum autem esset, particulam ejus aliquam velle introducere, & reliqua intacta relinquere, quia legum Mosaicarum est intima connexio, ut una sine altera esse commodè non possit; ita etiam frustrè Christus sapientiam summam docuisse, si vellemus Legem Mosaiicam, ut umbram saltem sapientiæ Christianæ iterum introducere, præprimis cum leges forenses legibus ceremonialibus ita sint immixtæ, ut vix commodè rursum separari possint. 5. Leges vero Ceremoniales rursum velle introducere, et si apertum sit, idem esse, ac si quis Christum tolleret, cuilibet tamen arcanas hominum machinationes callenti facile transparent, Levitarum potentiam & præminentiam causam primariam esse, cur leges Mosaiicæ commendentur. 6. Christianæ leges insuper vel ideò non possunt commendari præ gentilibus, quia Christus nullam legem tulit, sed fuit doctor saltem sapientiæ, non legislator. Neque tulerunt ullam legem Apostoli. 7. Quodsi per leges Christianas intelligent Christianorum Imperatorum, nego illas meliores tuisse legibus Imperatorum Gentilium. Lege eas in Codice Theodosiano, & Justiniano, lege integras leges Justiniani ipsius, & deprehendes tantum non in singulis lineis, quantam imprudentiam legislatoriam illæ sapient, quia videlicet Clerus oratoriam suam sacram & procœmia Platonica, etiam per gnathones suos aulicos incipiebat legibus immiscere. 8. Quodsi sub legum nomine intelligentur dicta Patrum, qualibus Decretum est refertum, sentis iterum, quam Papismum sapiat istud monitum, præprimis si simul cogites, quod nulla sententia & doctrina tam absurdâ sit, quam non docuerit aliquando unus vel alter Ecclesiæ Pater, &c.

§. LXI

§. LXI.

Sed curam jam fortè à me postulas, & quomodo felicitas antiqua Germanorum, dum moribus suis vivent, & mores scriptos ignorarent, iterum reduci possit. Ingenuè respondebo, me eam nescire, sed id tamen simul scire, omnia remedia hactenus proposita, puta Venturæ de Valentiis in Parthenio litigioso, Autoris des Bedenkens von Justitiæ Wesen/ eorum qui consilia dederunt de novo Codice faciendo aliorumque esse insufficientia, penè dixerim' impertinentia, & ubivis indicantia defectum prudentiæ civilis. Non poteris hic dicere unum consilium esse altero melius, sed verius est, unum esse altero deterius. Debebamus experientiâ didicisse quod nullum remedium sit minus aptum, quam incertitudinem juris dirimere velle legibus scriptis. Exemplum præbeat corpus Juris Saxonici Electoralis. Dissensus & incertitudines tollere intendebant Constitutiones Divi Augusti. Ex his novæ dissensiones ortæ sunt. His mederi volebant decisiones novissimæ. Sed & in has scriptæ sunt disputationes fori, & pepererunt aëdø illæ novas dissensiones. Quod si & hæ per novas decisiones tollantur, & eā methodo infinitiæ procedarur, infinites etiam multiplicabuntur dissensiones collegiorum. Cape aliud exemplum. Non utuntur apicibus & tricis juris communis causæ mercatoriæ & cambiales, quia totæ, quantæ quantæ sunt, moribus & originem & augmenta debent. Quod si dubium circa eas fuerit ortum, communiter per arbitria mercatorum peritorum, quæ PARERE vocantur, hactenus ea feliciter fuere sublata. Saxonii & Lipsia, uti semper abundavit Viris Jure Consultissimis, ita & ante vicennium tentarunt, judicium de causis

*Cure morbi
Jurispruden-
tie Germani-
æ inepia.*

cambialibus & mercatorii in formam artis redigere. Sed interroga mercatores, interroga advocatos, & deprehendes, annon infinita dubia nova ac dissensiones ex pio illo proposito orta sint ac quotidiè oriuntur. Quodsi in negotiis simplicibus & planis difficultates hæoriuntur, quid de negotiis aliis timendum est?

§. LXII.

*Dicitur, per
quam emen-
datio sperari
possit.*

Scio etiam diætam, quâ si utamur, aliquando spemrari porest, ut mores pristinos & utiles iterum recuperaturi simus. Si agnoscamus in Academiis, omnem causam mali à Clero Pontificio per Academias ortam esse; si patiamur hæc publicè in Academias doceri; si palpemus ignorantiam nostram in patriis moribus; si hæc agnitiō ignorantiae nostræ desiderium excitet, cognoscendi mores, secundum quos aliquando pronunciandum est, cum Academias reliqueris; si tum mores cognitos in Academias doceamus, relicto jure peregrino & ad mores patrios minimè apto; si hac doctrina imbuti membra fiant collegiorum Juridicorum, Scabiniatum, Prætoriorum &c. Etenim per observationes oppositas mores Germani corrupti sunt, non poterunt ergo commodius quam istâ viâ emendari. Festina lente. Pedetentim, paulatim. Legibus emendationem velle tentare frustraneum est, cum legibus ægrotemus. Apposité Socrates Gallorum Michael Montanus dans les *Essais au livre troisième, chapitre 13. p.m. 1074. suiv.* Nous avons en France plus de loix, que tout le reste du monde ensemble & plus qu' il n'en faudroit à regler le monde d'Epicurus: Ut olim flagitiis, sic nunc legibus laboramus: Et si avons tant laisſé à opiner & decider à nos juges, qu' il ne fut jamais libéré si puissante & si licencieuse. Qu' on gagné nos législateurs à choisir cent mille especes & fairez particuliers, & y attacher cent mille loix? Ce nombre n' a aucune proportion avec l' infinie diversité des actions humaines. La multipli-

plication de nos inventions n° arrivera pas à la variation des exemples. Adouchez y cent fois autant: il n° avendra pas pourtant, que des evenemens à venir ils s'en trouve aucun qui en tout ce grand nombre de milliers d'evenemens choisis & enregistrez en rencontre un, auquel il se puise joindre & apparier si exactement, qu' il n'y reste quelle circonference & diversité qui requiere diverse considération de juge-
ment. Il y a peu de relation en nos actions, qui sont en perpetuelle mu-
tation, avec les lois fixes & immobiles. Les plus désirables ce sont les
plus rares, plus simples & générales: Et encore crois ie qu'il vaudroit
mieux n° en avoir point du tout, que de les avoir en tel nombre que nous
avons, Nature les donne toujours plus heureuses, que ne sont celles
que nous nous donnons. Testmoy la peinture de l' aage doré des Po-
etes: & l'estat où nous voyons vivre les nations qui n'en ont point d'autres.
En voila qui pour tous iuges employent en leurs causes le pre-
mier passant, qui voyage le long de leurs montagnes: Et ces autres es-
tent le iour de marche quelque un à entre eux, qui sur le champ decide tous
les procez. Quel danger y auroit-il, que les plus sages vuidassent ainsi
les nostres, selon les occurrences, & à l' oeil, sans obligation d'exemple &
de consequence? A chaque pied son foulier.

§. LXIII.

Et jam saepius experti sumus in Imperio Germanico veritatem eorum quæ suprà §. 43. & seqq. docui-
mus, quod ob non rectè ponderatam prudentiam legis-
latoriam leges etiam optimæ non possint tollere mores
peccatos, reprehenderimus etiam easdem rationes sub-
esse, quas suprà annotavimus. Quænam est ratio, quod vatos.
Etiam in
Germania
leges scriptæ
non tollere
poterunt
mores deprava-
tos.
Ordinationes Politicæ Imperii Recessibus insertæ & to-
ties à singulis Statibus renovatæ, quod prohibitions
computationum & poculorum salutis tories in Recessi-
bus ipsis repetitæ nullum habuerint effectum? Quia
tentavimus effectus vitiorum tollere non sublati cau-
fis; quia contudim⁹ officia docentium cum jure principis;
quia leges executione, & possibilitate exequendi substitutæ
fuerunt; quia de fuerū exempla potentum secundū leges
viventium; quia mores non erubuerunt bibere in sani-
ta-

tatem recessuum Imperii. Eadem dicenda sunt etiam de ordinationibus Ecclesiasticis, quæ æquè contemtu sunt magis ob easdem prudentiæ regulas non observatas, quam ut usum aliquem habeant. Diximus suprà leges doctrinales cum proœmii & prologis ac ratiocinationibus originem debere Philosophiæ Platonicae & rectè esse irrisas à Senecâ. Cum autem in seculo potissimum quarto & quinto Philosophia Platonica fere sola regnaret, minimum apud Episcopos & Patres Ecclesiæ, & hi multa etiam in aulis gubernarent, factum est, ut & hi prologi & epilogi & ratiocinationes in leges Principum Christianorum se insinuarent, ut ex omnibus eorum constitutionibus appareret. Et hoc malum ab illo tempore non decrevit, sed indies majora nicrementa sumbit. Hinc ordinationes ortæ, seu hermophroditæ partim leges partim doctrinæ, quæ hodiernum etiam post reformationem retainentur, quamvis nullum vel certè exiguum effectum habeant, partim, quia quædam bonæ mentes ad monisteria magis quam ad imperia aptæ illas adhuc quotidiè suadent ac commendant, partim, quia nullus JCtorum, quod sciām, istum nævum detexerit, sed vel torrente communis erroris se abripi passi sunt omnes, vel nondum licuit veritatem tuto profiteri.

LXIV.

Explicantur monita Seckendorfii de Ordinationibus Aaliciis. Ex dictis explicationem accipient ea, quæ Eques Gene-rofus & vix parem habens Illustris Seckendorfius p[ro]p[ter] memorie scripta reliquit in tractatu de statu Principum Germanie Part. 3. cap. ult. n. 22. seq. et si primâ fronte videri possit, acsi communem errorem erret; Ita enim dissentit: *Das andre Mittel* (secundum hanc videlicet Platonizantem & Clericalem Jurisprudentiam...) zu rechter Christlicher und lobblicher Anstalte bey Hoff ist eine gemeine durchgehende Hoff-Ordnung / (nam communis ist error putat, leges esse medium virtutum & ipsius Christianismi

anismi impetrandi) darinnen allen Hofs: Bedienten etliche nothwendige Stücke / die sie zu Christlicher und treuer Verrichtung Ihres Amtes thun oder meiden müssen/ wohl eingebunden werden. (H. e. ipsis serio dicitur & inculcatur, quia docemus in Academiis, fontes defecuum omnium esse in intellectu, & homines nescire ea, qua bona sunt, ergo necesse esse, ut ex ordinationibus discant.) Beym ersten Punct soll ein jeder Fürstl. Hofs: Diener Sich zu der Christlichen Religion bekennen / (Confessio facilis est, & non multum prodit,) auch dero selben von Herzen zugethan seyn: (Debemus esse virgines. Hoc nunquam ordinatio aulica efficiet, & si esset tam̄ efficax ut posset efficiere, ut homines Deum & proximum toto corde & sincere amarent, quid Christo opus fuisset? Cum autem id efficerne nequeant, frustra est ordinationes facere de re impossibili;) oder da er sich davon zu einer andern Meinung wenden wolte / (Jam quidem res aperta est, Sermonem esse de religione, qua in OPINIONE consistit. Atqui talis Religio nec Deo placet, nec ulli hominum prodest, nisi Clero Papali;) solches Pflichtmässig anzeigen scilicet. (Igitur hoc primum punctum, cum ad legum vim non pertineat, sed ad cathedras Doctorum, poterat ab ordinatione Aulicā abesse.) Zum andern werden die Hofs: Leute durch die Hofs: Ordnung zu etlichen Tugenden absonderlich vermahnet / und von gewissen Lastern abgemahnet / (Hortari non est officium Principis, sed Doctorum, qua hic iterum miscentur.) Sie sollen Sich alles erbarlichen Wandels höchstlich befreissen/ insonderheit der Demuth/Gehorsams/Bescheidenheit scilicet Warheit Verschwiegeneheit/ Nüchternheit/ Verträglichkeit und dergleichen / (Benē si exempla militia harum virtutum reprehendant Aulici in Aulis.) Hingegen sollen Sie diejenigen Untugenden insonderheit vermeiden / welche durch bösen Gebrauch leider an den meistern Höffen in Schwang gehen / (Quomodo vero evitabunt, si plurimis exemplis horum vitiorum ad eadem irritentur? Quodsi illa vita in ista Aula, qua talem Ordinationem prescribit, exulant, melius esset, imitari Lycurgum, de parricidio nihil in Republicā suā vetantem. quam

L

ut

52 DISSERT. JURIS PUBL. MORUM

ut prohibitione appetitum hominum ad res vetitas prouum ex-
citent. Si contra haec vitiâ etiam in illa Aulâ regnent, omnis
Ordinatio in contrarium directa erit ludibrio:) als Gotteslä-
stern / Gluchen / Schweren / abergläubische / und der Zaube-
rey ähnliche Händel treiben / Schlägereyen und Greveltha-
ten / Fressen und Sauffen / schandiren / und liederliche Poss-
sen treiben / mit verdächtigen Weibes-Personen unter al-
lerhand Vorwand umgehen / oder sich behängen / Karten und Würfelspiel treiben / Untreu und Unterschlag allerhand
Herrschafflichen Vorraths / Speise und Tranks fürneh-
men. &c. (Si hi mores in aulis regnant, quid putas profuturas
esse omnes ordinationes, etiam optimas?) Zum dritten ge-
het die Hoff Ordnung dahin / daß ein jeder seines Amtes treu-
lich abwarte / u. s. w. Nachdem auch einem Diener nicht alles
vorgeschrieben werden kann, soll sich ein jedweder auf der Herr-
schafts Befehl zu allerhand anständigen Verrichtungen
gerne gebrancken lassen. &c. (Ergo & hoc caput parum utili-
taris habebit. Vti enim pleraque non poterunt comprehen-
di in ordinatione scripta, ita & illa generalia poterant brevissi-
mis veribus xivâ voce inculcari.) Viertens begreifft auch die
Hoffordnung diejenigen Puncta, welche zu respect gegen die
Fürstliche Herrschaft und dero hohe vorgesetzte Hoff-Aem-
ter dienen. &c. (Atqui & hoc caput ex usu non ex ordinati-
one discitur.) Jam computa, quid in Ordinationibus Aulicis re-
stet, quod verum & genuinum usum praestare possit.

§. LXV.

Ostenditur, Seckendorf. fium nobis- sum sensisse, Fuisse autem eandem nobiscum Viro. Illustri mentem, & saltem ea tempora, in quibus scribebat, apertorem veritatis professionem non tulisse, prater alia infinita indicia (conf. e. g. que que in addit. §. 47. de corruptis aularum moribus apertius differit,) id monitum docet, quod cod. cap. n. 33. p. 593. ad-
dit. Nichts minder pfleget und soll auch billich ein läblicher Regent die gemeine Hoff Ordnung also einrichten lassen/
daß dadurch Ehre/Tugend und Zucht gesflangt/ und seine
Hoffstatt zu einen guten Exempel für alle andre Haushal-
tungen im Lande diene. Denn sehr schädlich und unchrist-
lich

lich ist / wenn man in Lande allerhand Uppigkeit und La-
stern insonderheit Fluchen / Schweren / Schlägereyen / Fre-
velthaten / Unzucht und schandbare Worte / gewaltsames
Beginnen / Betriegereyen / gewinnsüchtige Spiele durch öf-
fentliche Gesetze verbeut und straffet / aber bey Hofsse sol-
che für Kurzweil und gute Sitten / oder te für lächerliche
und leidliche Possen hält.

§. LXVI.

Denique qua supra §. 49, seq. de abrogatione legum scri. *Contrà in-*
pterum per mores docuimus, ea etiam in legibus publicis Ger- Germania
mania suis exemplis non defituntur. Sapius in Aureâ Bullâ etiam mores
obtestationes fiunt, quod ea debeat perpetuò valere. Loca eam susulerunt
*in rem collegit D. Hertius *dissert. de lege, clausula ne abrogari possit, leges scriptae**
munita sest. 2. § 5. Et tamen non pauca capita etiam tacite moribus
sunt abrogata. *Vide qua recenset D. Hertius ibid. & qua de toto hoc ne-*
gocio anno precedente peculiari dissertatione multâ industrâ collegie
Consulifissimus Brunnemannus. Unicum saltē exemplum ex ini-
tio ejusdem, alis omissum afferamus. Disponitur ibi in cap. 1.
de salvo conductu Electoribus præstanto sub pena perjurii &
amissionis voti. At vero mores quotidiè ostendunt, integrum
illud caput de salvo conductu hodiè non amplius esse in usu. Ra-
tio in promtu est. Quia enim tempore Aureâ Bullâ nondum
pax publica erat stabilita, conductu salvo opus erat. At suc-
cessu temporis & propter pacem publicam, & propter incremen-
ta potentia Elektorum & ob alias causas Statu Imperii mutato
dispositio illa Aurea Bullâ sensim exolevit. Ut jam nihil dicam
de cap. 9. ubi per modum privilegi conceditur Electoribus tan-
quam singulare privilegium, jus metallifodinarum, quod ho-
diè desit esse privilegium, cum & ali Status Imperii vi superiori-
tatis territorialis hoc jus sibi vindicent.

§. LXVII.

Est autem istud exemplum de salvo conductu mutato ad *Etiā non*
nostrum institutum maximè commodum, partim quia istud ca- usū, etiam si
put clausulâ de non abrogando erat munita, (sic enim incipit Au- leges scriptæ
*rea Bullâ: *Decernimus & presenti editio Imperiali perpetuo valituro clausulam de**
sancimus &c.) & quia abrogatio illa magis in non usū, quam in non abrogan-
do usū do habue-
re.

usu contrario constituit. *vid. supra §. 51. & 52.* Et possunt insuper alia legum exoletarum per non usum exempla afferri. Jubet Recessus Imperii de ann. 1512. tit. 4. ut Fiscalis Imperii inquirat in Blasphemantes etiam Principes & Electores Imperii, imo puniri vult Principes Imperii, si blasphemantes non puniant. Jubet Aurea Bulla cap. 2. §. 5. Electores, si stat tempore non elegant Regem, panem solum manducare & aquam bibere: At quis non palpat, etiamsi cœcus sit, talia non usu exolevisse. *Vid. Dr. Brunemann. d. Dissert. de A. B. mutatione §. 13. & 27.* Et si, quod clausum de non abrogando attinet, dicendum quod res est, ea vel singularē fastum & opinionem de rarā & nullā emendatione opus habente prudentiā legislatoriā, vel etiam crassam inficiat, quid ad legumlationem requiratur, in eo, cuius ministerio hāc parte Princeps usū est, arguit. Ac nemo dubitat, quin ejusmodi leges omnino mutari possint, tantum de modo quaestio est. *vid. D. Hertium d. l. Sect. 1. n. 4.5. seq.* In spēcie autem Bartolus vel quicunque alias fuit Aureæ Bullæ conscriptor, pro ratione illorum temporum ita prudentiā civili erat desitutus, ut in singulis paginis defēctus judicij pelluceat. Si quis falcem proemium perlegat doctrinæ saniori politicæ adfert, vix absque viscerum commotione id facere potest. Et tamen commentatorum Aureæ Bullæ singula verba ejus exosculantur, in singulis mysteriis querunt, argumenta ex locis minimè aptis (*v. g. de septem candelabris.*) etiam in controversiis illustrissimis afferunt. Sed hi omnes defēctus, ex communibus Academiarum navis profluunt, notatis superius §. 36. 46. 63.

§. LXIX.

Cum ergo de legibus solo non usu abrogandis & leges expressæ Romanæ (*vid. §. 1.*) & ratio (*vid. §. 22.*) & exempla (*vid. §. 53. 54. 67.*) adfint, mirum videri posset, qui venerit aut Glossatoribus in mentem, ut illam falsam doctrinam proponerent, leges non tolli non usu, sed usu contrario, aut etiam qui factum fuerit, ut tot eximii JCti, qui Glossatorum alias ineptias observarunt, in hoc errore tam supinè eos fecuti sint. Et de Glossatoribus quidem res plana est, eos ignorantiam communem illorum temporum & parentiam bonarum literarum etiam in hunc errorē duxisse. At nostros JCtos quod concernit, interesse aliquod magnum & præcipuum à cognitione veritatis eos detinuit. Sci-

li.

CUM JURE SCRIPTO CONTENTIO. 85

licet docuerunt: Jus Romanum magnum habere in foro usum, quia tanquam jus commune in Imperio receptum sit. Quodsi quis contra ursit, illum usum non apparere, excepere, nusquam tamen leges Romanas esse abrogatas. Et pro corroborandâ hâc insufficiente responsione finxerunt duo parum sana axiomata, quod non iuratum est, cur stare prohibeatur, (præprimis cum ejus verba deprehenderent in l. 27. C. de tefam.) & alterum huic parallelum: leges non tolli non usu, sed usu contrario. Cum autem hodiè ista fabula de recepto Jure Româno tanquam jure communi per Culpium sit felicissimè explosa, & in aprico sit, Jus Romanum, si quis ejus usus est, tanquam jus saltem subsidiarij valere, & ita illa pseudo brocardica usum illum, ad quem anteâ adhibebantur, non amplius præstant, sperandum est etiam, Doctores mox agnitiuros esse, leges etiam non usu tolli. Declameremus rem exemplo. *Error Communis:* Actiones penales sunt cum Jure Româno tanquam jus communè receptæ. *Ratio.* Atqui non sunt in usu. *Error.* Non tamen sunt abrogatae. Non adest usus contrarius. &c. Quodsi invertas hypothesin aliter cantabit error. Videamus. *Ratio:* Valet saltem Jus Justinianeum in subsidium deficientibus moribus. *Error.* Ergo usum habebunt aetiones penales, quia hic mores deficient. *Ratio.* Imò vero mores hinc non deficient, sed mores, quia illis actionibus non utintur, etiam usu nondum eas receperunt. *Error.* Quod non mutatum est, cur stare prohibeatur. *Ratio.* Quod non receptum est, cur receptum esse dicatur. *Error.* Non usus non tollit legem. *Ratio.* At res publica, qua lege peregrina non uititur, ostendit illam legem apud se non habere usum. *Error.* Qui prohiberet, si vellet quis v. g. actionem vi bonorum raptorum instituere, si iudex vellet secundum petitum in triplum condemnare? *Ratio.* Egoprohiberem, ne jure peregrino & ad mores patrios non apto macularet mores patrios. *Error.* Sed quid si mea autoritas plus valereret apud Advocatum & Judicem, annon tunc actio penalis esset in viridi obseruantia in foris Germanorum? *Ratio.* Non esset. Finge: esse civitatem, cuius omnes cives sobrie vivant & modestè, unus autem noctes potando, dies dormiendo consumetur. Quid putas, an homo sana mentis propterea diceret, asotiam in illa civitate esse in viridi obseruantia, aut usu receptam? &c.

*Respondetur,
illis, qui ne-
gant, obser-
vantiam Im-
perii tollere
posse leges
scriptas ob-
servantiam
contrariam
vetantes.*

§.LXIX. In eo vero à nobis dissentit Culpinus de observ. Imp. t. quod diximus, Mores Germanicæ etiam tollere posse leges, quæ clausulam de non abrogando habent. Sic enim ait: *Ad eò verò hoc procedit (quod observantia sit fidissima juris precedentiis interpres) ut & juri scripto preferendum cum Bidembachio dixerit Klo-kius, cum alii Richerus: neque enim novum est, posse etiam, que pu- blicis constitutionibus sancta fuerunt, per subsequentem imperii uolum & observantiam, quæ tacito summa potestatis consensu & observatione fulcitur, denio abrogari, aut corte mitigari, varieque immutari, mo- nente itero; nisi quod exstiterit a veritate, eas hic excipiendas esse leges, quibus disserit provisum est, ne observantiam contraria allegare liceat, cui- jus rei specimen habemus in Constitutione pacis publicæ Wormatia factæ de An. 1495. rit. 10. Wir setzen auch.* Nos autem hic nihil excipiendum putamus, nec obstat arbitramur doctrinæ nostræ dicit. Constit. de pace publicâ. Nam 1. id ibi saltem dicitur, quod contraria constitutionem illam nulla privilegia antea concessâ, aut observantia contraria allegari debeat, ergo magis loquitur de observantia precedente, quam de subseqüente. 2. Etiam si expreßè disponeret, ne quidem futuram consuetudinem con- trarium debere inducere, non tamen possit illa clausula in illa lege majore habere effectum, quam habet in aliis legibus, hoc est non magnum. 3. Etiam istam legem de pace publicâ moribus hactenus fuisse mutaram, ut plerique Status imperii præter ius belli defensivi, quod ibi concessum est, utantur etiam jure belli offensivi (ex justa videlicet causa) quod ibi est prohibitum, ex- perientia testatur, & ratio defendit, quia jubetur ibi *in d. constit.* quod quilibet offensus debeat esse contentus, ut causam suam in judicio debito modo agere liceat. At per natus Status ho- dierni Imperii Germanici factæ sunt lites in Dicasteriis Imperii immortales. Unde idem est in effectu intuitu Sta- tuum potentium, acsi judicia cessent. Ubi autem cessant judicia, ibi licet etiam bello offensivo vindicare injuriam illatam. Illustr. Seckend. im Fürsten-Staat. P. 2. c. 8. n. 6. p. 201. Es ist kein grös- serer Anlaß zu Unwillen / aufrühr und Krieg in grossen und Kleinern Regimentern als die übeln Beschaffenheit der Gesetze und Gerichts- stellen / sinnemahl die Erfahrung bezeuget / daß endlich diejenigen / welche ihr recht mit Hülfe der Obrigkeit nicht erlangen kön- nein

inen / solches mit der That suchen / und aufrühr und krieg er-
wecken. Et mox. Ein Landes Herr soll keine Selbthärtigkeit
so lange er Rechtern geniesen kan / vornehmen noch den sei-
nen gestatten.

§. LXX.

Præivit quidem Limnaeus in sententiâ illa, quod status imperii habeant eti-
am jus belli offensivi lib. 4. Jur. Publ. c. 8. n. 247. seq. Sed quemadmodum alii
Jcti Celebres communiter hic Limnae contradicunt, jus belli statuum tantum ad
defensivum restringentes; ita non est diffidendum, quod Limnaeus sententiam su-
am male ex legibus Imperii probare voluerit, cum leges Imperii potius doceant
contrarium, & faveant sententia communis, maximè vero ipsa constitutio de pa-
ce publicâ 11. Als das von Zeit. & novissime Instrum. pac. art. 17. §. 7. & adeo
thesis Limnazi ex fundamētis nostris disputatione sit defendenda. Nec dubito Viros
Celebrimos diu allētum hoc sūste agnitos, nisi vidissent sibi obstatre expre-
fa verba legum, etiam novissime repetita, & nisi brocardum istud: leges valere
donec abrogentur, nimis crudel in Academias expeditum, ipsi remoras injecſet.
Quare dignares effici industria, si quis post diligentiam Dattii in describendâ hi-
storiâ pacis profana, jam paucis exponeret fata illius constitutionis. Et mallem ne-
gotium hoc ita distinctè tractari, ut 1. cause explicitur, cur constitutiones pre-
cedentia Imperatorum de pace publicâ nullum effectum habere potuerint. In-
ter eas potissimum 2. quod ob nimis tam turbatum statum dissidationes sub cer-
cis conditionibus fuerint permisæ. 3. An possibile sit, bello defensivo subditis
permisso pacem publicam in regno procurare? 4. Cur tamen id in constitutione
Maximiliani fuerit permisum? 5. Sinerationibili administratione justitia non po-
tuille etiam efficaciter prohiberi bella offensiva. 6. An ipsa institutio, ac ordinatio
Camere, & ejus emendationes subiecta, & praxis hoījerna ita sint comparatae,
ut deinceps potens contrâ potentem principem rationabiliter administrationem
justitiae cum effectu sperare possit? 7. Quam difficile & ferè impossibile sit bella of-
fensiva & defensiva in applicatione ad casus obvenientes exactè tecernere. 8. Ex
historiis omnium bellorum post constitutionem pacis publicâ ortorum confitare,
ab utraque parte semper, & utrobique quidem cum maximâ plerumque verosi-
militudine, prætentum sūisse, bellum defensionis causâ esse luceptum. 9. An leges
effectum habere possint, quæ medium subministrant dispositionem legum cavillan-
di? 10. Quenanq̄ ratiōnes statuſ, cur in novioribus legibus ut instrum. pa-
cis & Capitulationibus a recēlibus res quadam obsoleta aut quantum effectus
nullus sperari potest, repeatantur &c. Sed hanc cutam allii relinquo. Mihi enim
jam ulterius progredi non licet.

Conspēctus totius Dissertationis.

Origo disputationis. §. I. Cur disseratio hac ad jus publicum sit relata
§. II. Summa dicendorum. Tria genera contentionis morum cum jure
scripto. §. III. Prima quæſtio: An preferendis sint mores in genere legibus
scriptis? Notanda qnoad statum. controversial. §. IV. Praefat, rem pu-

bli-

*Monita circa explica-
tionem do-
ctrinae, quod
statibus Im-
perii compe-
tari etiam jus
belli offen-
sivi.*

blicam bonis moribus uti, quam bonis legibus. §. V. Primum argumentum, petitum ab origine legum scriptarum. §. VI. Quā in re preferenda est historia sacra bisoriis Græcorum & Romanorum §. VII. Res publicæ Antediluviane jure non scripto perpetuo fuere usæ. §. IX. Eadem de Rebus publicis post diluvium dicenda sunt, usque ad tempora Mosis. §. IX. Moses primus legum scriptarum conditor, necessariarum ob nimis corruptos mores populi Israelitici, §. X. Sed insufficiuntur tamen ad restaurandos bonos & sanctos mores, quorum recuperationem ab quo legibus scriptis deum Christus docuit. §. XI. At primus Moses scribendi artificis & literas inventerit. Rationes dabantur, §. XII. Rationes decadendi, §. XIII. Comparata cum doctrinâ nostrâ opinione Gentium: numerum Epicurus, §. XIV. Platoni, §. XV. Aristotele, §. XVI. Ciceronis, §. XVII. Iusti, Salustii, §. XIII. Senecca, §. XIX. Taciti, §. XX. cum explicatione Forstneri, §. XXI. Notatior Polydorus Vergilii, §. XXXII. & Henr. Salmuri. §. XXXIII. Alterum argumentum, multos populos & sive sine legibus scriptis, nullos sine moribus non scriptis. §. XXIV. Imperficiō legum scriptarum agnita a Platone, §. XXV. & Aristotele, §. XXVI. ac Cicerone, §. XXVII. Novum argumentum: Leges scriptae plurib[us] cœvillationibus sunt subiectae, quam mores & juri non scriptum. §. XXVIII. Casu bujus diversitatis. Dubia circa eam. §. XXIX. Respondetur dubius, §. XXX. Loquens ei præmeditatione non uitiat, quā scribens. §. XXXI. Mores sunt indeterminati, leges libertatem determinant. §. XXXII. & scripta magis, quam sole provalta. §. XXXIII. Inde securius frans admittitur contra leges scriptas. §. XXXIV. quam adjuvant varia pseudoregula interpretationis. §. XXXV. & quaestio mysteria in singulis verbis. §. XXXVI. Leges non scripta Lacedemoniorum à Lycurgolate & earum encomium. §. XXXVII. Contraria de legibus Atheniensium non scriptis à Solone latius sequens Anacharsidis iudicium. §. XXXVIII. Berneggeri sententia: pro bonis moribus contraria bona leges. §. XXXIX. Ejusdem pro necessitate legum in Republica disputatione. §. XL. Cui satisfit. §. XLI. Quatenus leges scriptas sint necessariae. §. XLII. Transitus ad secundum collisionis membrum. Princeps si mores per leges Gult tollere, debet evitare quosdam navos. §. XLIII. Ne leges sint plurimæ. §. XLIV. Ne leges intendant tollere editiorum effectus, sed radices. §. XLV. Ne confundant officium docentis cum jure principis. §. XLVI. Ne aggrediantur vitiis nimis radicata scripsi legibus ejicere. §. XLVII. Sed exemplo prima praecant, tum leges adjumenti loco adhibeantur. §. XLVIII. Tertium membrum collisionis. Mores possunt leges scriptas abrogare, etiam mali bona. §. XLIX. Nec obstat, voluntatem principis expressam preferendam esse tacite. §. LI. Mores tollunt etiam leges, clausulâ ne unquam abrogentur, muneras. §. LI. Lex scripta etiam solo non usurpi tolli potest. §. LII. Legum per mores mutatarum exempla duo ex Plinio. Primum. §. LIII. Secundum. §. LIV. Applicatio dictorum ad Germanos. Apud hos serè perpetuo plus valuerunt mores, quam leges scripta. §. LV. Afferunt bujus exempla. §. LVII. (Officia Aulica Germanorum jam Herodoti tempore usitata. §. LVII.) Bonos has mores tollere soluerunt leges scripta, non bona. §. LXI. Probatur, leges scripta in Germaniam introductas esse peiores moribus antiquis. §. LXII. Taxatio imperitiosa, quod Germani utantur legibus Ethnicis, cum debeat utrius Christianis. §. LX. Curia morbi furius prudentia Germanica imperitiosa. §. LXI. Distas per quamemendatio fierari possit. §. LXII. Etiam in Germania leges scripta tollere non potuerunt mores depravatos. §. LXIII. Explicitantur monitæ Seckendorffii de Ordinationibus Aulicis. §. LXIV. Ostenditur, Seckendorffius nobiscum sensisse. §. LXV. Contra in Germania etiam mores sustulerunt leges scriptas. §. LXVI. etiam non nisi; etiam leges scripta clausulam de non abrogando habuerint. §. LXVII. Origine erroris communis, quod leges non possint abrogari solo non usi. §. LXIX. Respondetur illis, quæ magis observantiam imperii tollere posse leges scriptas observantiam contrarium. Et antea. §. LXIX. Monit ac circa explicacionem dicitur, quod Statibus Imperii competit ius belli, etiam offensivum. §. LX.

01 A 6590



STR. 21 fehlt
STR. 22 Hschr. - nicht
ausgeprt

13 12

Rektio ✓



JIX.

DISSERTATIO JURIS PUBLICI.

MORUM
CUM
JURE SCRIPTO
CONTENTIO,

QUAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORUSSICI HEREDE &c. &c.
Publico Eruditorum Examini submittit
JOHANNES FRIDERICUS BACHOV,
LIBER BARO AB ECHT.
PRÆSIDE
D. CHRISTIANO THOMASIO, JCto,
CONSIL. REG. BORUSS. ET PROF. PUBL.
Ad diem 14. Octobr. Anni M DCC I.
H. L. Q. C.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Literis CHRISTOPH. SALFELDII, REGIMIN. REG. BORUSS. Typogr.